RVBRICARIVM PRO DIVINIS OFFICIIS, AC MISSIS RITE CELEbrãdis ſecundum ordinem Romanæ Curiæ.

AC RITVM BONONIENSIS Eccleſiæ nouiter Impreſſum.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Venia Superioribus conceſſa.

BONONIAE *Typis Alexandri Benatij.* 1564.

Digitized by Google

DO. LEONI LEONORIO BONONIAE CATHEDRALIS Canonico eiuſdemq; Epiſco palis Curiæ in ſpiritualib. Generali proantiſti Digniſsimo.

Hippolytus Giochinus ædituus. D. S.

SOLENT, vel qui opuſculũ aliquod in lucem emittũt, vel qui rurſus, quod penè perierat, hominum occulis illud reſtituere innituntur, virum quempiã autoritate, grauitate, ac meritis clariſsimum deligere, ſub cuius patrocinio, atq; numine, quod ipſi sũmo labore, ac vigilantia ſibi elucubrarunt, id tutò, & eſſe, & diù perdurare poſsit. Hæc mihi cogitanti tu ex multis, qui occurrerunt vnus es viſus Ma-

gnifice, ac generoſe Leo, qui noſtra ætate Bononiẽſis Ecclesiæ moderator es'& cuſtos, cuius fauore, atq; vmbra Marci Antonij Friſcij Architecti opus, necnon Hippolyti Giochini, qui operis nunc eſt reſtauratore, Labor non exiguus tutus eſſe poſsit. Sub tuo numinæ igitur hunc damus; quem ſpera mus omnibus noſtri ordinis. Et impri mis Eccleſiæ noſtræ fore perutilem. In ſe enim continet rectum omnium Rubricarum ordinem, ex quò huic proprium nomen Rubricarium inditũ eſt. Hoc igitur ea humanitate, quæ tua eſt, atq; animi lenitate fac ſuſcipias, quo tibi à nobis per humaniter fuit dedicatum. Quod ſi (ut ſpero, & opto) ita erit, ipſe tantum laborem me ſuſcepiſſe perpetuo lætabor. Vale. Bon. nonis Decẽbris. M D L X I I I I.

Digitized by Google

REVERENDO PATRI, ET DOMI
NO MEO D. ANGELO DE VALLIS
Bonon. Doctori, & Canonico Curieq;
Epiſcopalis Bonon. in ſpirituali-
bus Vicario generali præ
miſſa comen.

CVM ſæpe multumq; in Bononienſi Clero circa diuinorum officiorum ordinationem inter multos diſceptari uiderim: non ex alia(ut puto)cauſa niſi quòd in diuerſis(ut dicitur)breuiarijs nedum diuerſe ſed quodãmodo aduerſe reperiantur rubrice. Propterea ego Marcus Antonius Friſcus Bononienſis Eccleſiæ Sacriſta(licet immeritis) animaduertens huiuſmodi diſcenſiones in non modicam clericorum mentis heſitationem: perturbationemq; tendere:animum adhibui: ſi fieri poſſet:ut, & ipſe Rubrice ad honorem diuini cultus in meliorem, & clariorẽ formã deducerentur: & quiete,ac deuote, & ſine laicorum ſcandalo diuina celebrarentur officia. Quam ob rem reuolutis tam antiquarum,quam nouiſsimarum rubricarum uoluminibus: maximo quidem cũ labore(licet patienter: libenterq;)tandem in hanc ſumulam quam breuius potui.redegi. Sed quia nemo ſibi ſatis eſt antequam illas in publicum edam, tuo

grauiſsimo iudicio: tue correctioni, emendationique ſubmittere decreui: tu enim in noſtra Bononienſi Ecclesia unus es: qui tum ex aſsidua a cunabulis uſque frequentia in ea uerſatus es: tum etiam doctrina: & prudentia pene omnibus præualeas. Quicquid enim in hijs approbabis: reprobabiſúe, facile id omnibus ratum fore firmiter exiſtimaui: & fœliciter. Valeas Pater Reuerende.

RESPONSIO DOMINI ANGELI.

PEr legi mi Marce Antoni Sacerdos uenerabilis Eccleſieque Bonon. Sacriſta integerrime Rubricarium tuum, opuſculum ſane præclarum atque Vtiliſsimum· profecto plurimum tibi debent clerici noſtri temporis debebuntque futuri, quòd tam breui compendio Rubricas fere omnes in Breuiario alijsque libris hinc inde ſparſas cumulate, ac dilucide explicuiſti, taliter quòd dummodo: ut ita dicam Clericus legere ſciat, diurnum officium, nocturnumq; & maxime feriale: quod pauci ordinate dicunt, ſine alterius rubri lectura: rite, & perfecte perſoluere poterit. Nihil in eo diminuti aut ſoperflui iudicio meo inueni. Summulam igitur hanc tuam ut omnes ſequantur, & immitentur exoratos uelim, ut rectius omnipotentem laudare ualeant, & cum exultatione mercedem laboris propenſius conſequi poſsint. Vale.

IN DEI NOMINE AMEN.

Incipiunt Rubrice, & declarationes ſuper Officio Diuino ſecundum ordinem Ro. Curię, ac morem Bononiēſis Eccleſię.

De Hiſtoria propria dominicali, & in quibus Dominicis ponuntur hiſtorię Dominicales, quę in calendis mutātur, & quid ſit hiſtoria. Rubrica.

IN primis ſciendum eſt ꝙ Reſpōſoria cuiuſcunq; feſti ſunt quę faciunt hiſtoriam, & nulla hiſtoria vocantur propria .i. perfecta niſi habeat ad minus octo reſponſoria, & nouē lectiones, hinc eſt ꝙ Dominicę quę habent tria reſponſoria vel ſex, & pro reliquis remittunt ante vel poſt, non vocātur & nō ſunt proprię hiſtorię, propria ergo hiſtoria eſt illa cui nihil deficit, & ideo Ro. Eccleſia, necnon Bononienſis in talibus dominicis quæ non habent proprias hiſtorias, conſueuit facere de feſto duplici, & ſemiduplici, ſi occurrit cū cōm. Dominicę in vtriſq; veſperis, & matutino, & cū nona lectiōe de omelia Dominicę, & poſtea infra hebdomadam fit de feria, & ponitur talis hiſtoria nō perfecta incipiēdo a ſecundo Reſpōſorio modo vt infra dicemus in Rubrica de officio feriali. In aliis autem dominicis quæ habēt

propriaſ hiſtorias,nũquam fit de feſto, niſi vbi hiſtoria Dominicæ transferri poſsit in ſequentẽ Dominicam,tunc enim fieret de feſto duplici, vel ſemiduplici ſi occurit cum com. Dominicæ vel ſine,& hoc quando ſuperſunt dominicæ officiis dominicalibus vt infra notabimus.

Et notandum eſt ꝙ omnes hiſtoriæ dominicarum totius anni,quæ in calẽdis ſcilicet in prima die cuiuslibet menſis mutantur, ſi calende fuerint ſecunda ,tertia , & quarta feria , dominica præcedens computatur in numero illius menſis quantum ad hiſtoriam & officium, & in tali dominica,hiſtoria illius mẽſis ponitur niſi impediatur propter aliquod feſtum,ſi vero calende fuerint quinta,ſexta feria, vel ſabbato, in ſequenti dominica ponitur.

De numero Dominicarum,& hiſtoriarũ,ac officiorũ dominicaliũ totius anni Rubr.

SCiendum ꝙ ab aduentu Domini vſque ad natiuitatem eius ſunt quatuor dominicę,& quælibet ipſarum habet ſuam hiſtoriã propriam & officium de per ſe. ❡Et nota ꝙ quãdo Dominica quarta aduentus cadit in feſto S. Thomæ Apoſt.Antiphona ad benedictus dicitur. Nolite timere. loco añe. Aue maria , quæ aña.dicitur ter. videlicet ante canticum. Benedictus,tota dicitur poſtea ſequitur .Benedictus & dicto Gloria patri.repetitur aña.deinde dicitur.Sicut erat in principio,& reiteratur tota ipſa

ſa Aña. vide in breuiario ante quartã feriã quatuor temporũ. Qñ autẽ dicta dominica cadit in vigilia Natalis D. nota Rubricã in breuiario ibi poſitã & infra in Rubrica mẽſis Decemb. ¶ Inter Natalẽ D. & Epiphaniã ſunt duę dominicę ad plus & vnũ officium dominicale (officia. n. dominicalia ſunt capitula, orationes, añæ, & lectiones.) De tempore autem, ac de modo, & ordine celebrãdi iſtud officium, & omnia alia officia dominicalia totius anni, vide diligenter in breuiario in locis ſuis, nec non infra in Rubrica de menſibus, & non errabis. ¶ Ab Epiphania excluſiue vſque ad ſeptuageſimã ſunt ad plus ſex dominicę, ſed tãtum quinque officia dominicalia, & vna ſolum hiſtoria. ¶ Et nota ꝙ quãuis in officio dominicę primæ poſt oct. Epiphaniæ habeatur Rubrica de ſuffragiis dicens. Suffragia dicuntur ab hac die, &c. nihilominus illa dicuntur etiam in feſtiuitatibus non duplicibus immediate poſt dictam octa. vide Rubrica in breuiario in primo ſabbato de aduentu.

¶ Notandum eſt autem, ꝙ quando infra Epiphaniam, & ſeptuageſimã ſunt ſex dominicæ, quæ ſemper occurrunt quando dominica ſeptuageſimę celebratur 18. 19. vel 21. Februarii, tunc enim dimittitur vna dominica ex tribus, quæ cadunt in feſto vnius iſtorum ſanctorũ, videlicet ſi ſeptuageſima celebratur die. 21. Februarii dimittitur illa dominica penitus, quę

cadit in feſto S. Antonii abbatis, ſi vero ſeptua
geſima venerit. 18. Februarii dimittitur illa, q̃
cadit in feſto S. Agnetis, ſi 19. illa quæ cadit in
feſto S. Agathæ, alioquin reſumitur in ſexta do
minica totum officium quinte dominicę proxi
me præterite. Sed aduertendum eſt ꝙ aliquãdo
nulla eſt dominica infra dictum tempus, & hoc
quãdo Paſcha reſurrectionis domini occurrit.
22. 23. & 24. Martii, & tunc ſecunda die poſt
octauam Epiphaniæ fit de feria, & ponitur hi-
ſtoria dominicalis prædicta, modo vt infra vbi
de officio feriali poſt octauam Epiphaniæ tra-
ctatur. ❡ A ſeptuageſima autem vſque ad domi
nicam paſce excluſiue ſunt nouem dominicæ,
& quælibet earum habet hiſtoriam propriam
de per ſe & officium. A Dominica in albis in-
cluſiue vſque ad Aſcenſionem domini, ſunt do
minicæ quinque, & totidem officia dominica-
lia, ſed ſolum tres hiſtoriæ. Ab aſcenſione vero
vſque ad Penthecoſten, eſt vna tantum domi-
nica, & vnum officium dominicale. Et notan
dum ꝙ ſi in feria ſexta poſt octa. Aſcẽſionis rei
teratur huiuſmodi officiũ dominicę, iuxta Ru-
bricam ibi poſitam. In ſecundis veſperis octa-
uæ prædictæ, nulla fit cõmemoratio de iſto of-
ficio ſequenti, ſed illud ſolummodo incipitur
in matutino. ❡ Demũ a prima dominica poſt
Pethecoſten incluſiue vſque ad aduentum do-
mini excluſiue, ſunt ad plus 28. dominicę, & ad
minus

minus 23: Officia autem dominicalia ſunt 24. hiſtoriæ vero dominicales ſunt ſolum octo, ex quibus quinque ſunt perfectæ, & tres imperfectæ. Ad ſciendum autem numerum dominicarũ prędictarum, nota hanc regulam, quæ eſt infallibilis, videlicet: ¶ Quot ſunt dominicæ inter Paſca Reſurrectionis, & feſtum S. Georgii, tot ſuper ſunt dominicæ 24. officiis dominicalibus poſt Pentecoſten, & ſi nulla eſt tunc ſunt 24. ſi vero paſca occurrerit in ipſa die S. Georgii, vel in die S. Marci, tunc inter penthecoſtẽ, & aduentum erunt 23. dominicę. ¶ Notandũ igitur ꝙ quando inter penthecoſten, & aduentum ſunt tantum 23. dominicę, nunquam debet dimitti officiũ dominicale propter aliquod feſtum quantũcunq; ſit ſolẽne quin fiat cõme. in vtriſq; veſperis, & mat. & nona lectio de omelia dominicę, & officium quod supereſt debet poni infra hebdomadam poſt dictam 23. dominicam, quantum ad miſſam ſolum. ¶ Quando autem ſunt 24. dominicę nulla dimittitur quin ſaltem fiat com. vt dictum eſt, excepto quod ſi feſtũ omnium ſanctorum in dominica venerit non fit aliqua com. de dominica, ſed officium miſſe vltimę dominicę, infra hebdomadam dicitur, & hoc ante dominicam primam de aduẽtu. ¶ Quando ſunt 25. dominicæ, dimittitur illa dominica q̃ cadit in die, vel iuxta octauã S. Ioãnis Baptiſtę. ¶ Quando ſunt 26. dimittitur il-

la, quæ cadit iuxta octauã apoſtolorum Petri, & Pauli, vel viſitationis beatæ Mariæ virginis cũ ſupradicta. ¶ Quando ſunt 27. dimittitur illa, quæ cadit in die, vel iuxta octauam S. Laurentii cum ſupradictis duabus. ¶ Quãdo ſunt 28. dimittitur illa, quæ cadit in die, vel iuxta octauam aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis cũ tribus ſupradictis. Sed ſemper aduertẽdum eſt, ꝙ ſi feſtum omnium ſanctorum venerit in dominica, tunc illa dimittenda eſt loco illius, quæ dimitteretur iuxta prædictam Rubricam pro vltima, etiam ſi ſolum vna dimittenda eſſet. ¶ Igitur quia quatuor ſunt dominicæ aduentus, deinde dominica ſeptuageſimæ, ſexageſimæ, quinquageſimę, & ſex dominicæ quadrageſimæ, & dominica in albis, quæ habent proprias hiſtorias de per ſe, & quę transferri non poſſunt, nũquam mutãtur de locis ſuis propter aliquod feſtum quantumcunq; ſit duplex, & ſolẽne, ſed illud transfertur in ſecundam feriam, & tunc in ſecundis veſperis dominicæ, fiunt veſpere totaliter de feſto duplici ſic, vel propriè in ipſa ſecunda feria occurrente, cũ com. dominicæ, prę dictæ autem dominicę ſemper habẽt ſecundas veſperas ſaltem p cõm. pręterquam dominica in albis, ſi enim in ſequentem ſecundam feriã occurrit aliquod feſtum duplex celebrandum, omnia fiunt de feſto abq; com. ipſius dominicæ in albis, quamuis hiſtoria non poſsit transferri

ri vt dictum eſt ſupra, & ſimiliter fit in aliis dominicis totius anni, quãdo ſequitur feſtum duplex, præter p̃dictas ſupra proxime deſcriptas. Si vero poſt ipſas, & quaſcunque alias dominicas totius anni ſequeretur feſtum ſemiduplex, in ſecundis veſperis dominicæ ſit de dominica vſque ad capitulũ, & a capitulo in antea fit de feſto, ſi autem ſequeretur feſtum ſimplex, ſit ſolum memoria de ipſo ſimplici.

De officio feriali, & quid ſit, & de modo celebrandi illud Rubrica.

Officium feriale eſt illud quod ſequitur officium dominicale tam in pſalmiſta quã in alio loco breuiarii vbi agitur de dominica, & præſertim poſt primam dominicã ſequentẽ octauas epiphaniæ, & celebratur ſemper cum tribus lectionibus, & tribus reſponſoriis præterquã inter paſca, & pentecoſten, tunc enim dicũtur ſolũ duo reſpõſoria quia Te deũ laudamus dicitur ſtati poſt tertia lectiõe. Quod officium feriale ſemper agitur in aduẽtu domini, in diebus, in quibus habentur proprie añæ ad laudes, & per horas, iuxta Rubricã pariſienſem, quæ ſic incipit. In illo anno in quo natiuitas domini venerit in dominica, &c. ¶ Quãdo ergo in iſto tempore aduentus, & etiam in aliis temporibus fit de feria, in præcedentibus veſperis huiuſmodi feriæ, expletis veſperis feſti cum cõm. aduentus (ſemper. n. in aduentu, & qua-

dragesſima in veſperis & matutinis cuiuſcunq; feſti fit com.de feria)immediate poſt.Deo gratias,dicuntur veſpere defunctorũ prout in breuiario ordinãtur,& dicto poſt orationes. Deus qui inter apoſtolicos,&c. Requieſcant in pace, abſolute dicitur vigilia,ſiue nocturnus defunctorum conueniens ipſi feriæ ſequenti,videlicet primus nocturnus.Dirige domine, &c. dicitur feria ſecunda,& quinta , ſecundus autẽ ſcilicet. In loco paſcue dicitur feria tertia,& ſexta , tertius vero.ſ. Complaceat,&c. dicitur feria quarta,& ſabbato,p̄termiſſo ſemper inuitat,& pſal. Venite exultemus,& completo tertio reſponſorio cum Requiem eternam, &c. dicitur. Pater noſter.ſecrete.verſi . Et ne nos. Reſ. Sed libera nos.p̄s. Ad dominũ cum tribularer totus cum. Requiem eternam.verſ. Aporta inferi, &c. oratio.Fidelium deus tantum,& terminatur . Qui viuis & regnas,&c. verſ. Requiem eternam.Requieſcant in pace. Si vero clerici vellent dicere laudes defunctorum poſt vigiliam , & non in matut.poſt laudes de feria.Pater no. p̄s. Ad dominum cum tribularer. oratio. Fidelium. &c. omittuntur,ſed expleto tertio Reſ. vt ſupra,abſolute incipiuntur laudes defunctorũ,& finiuntur ſicut in breuiario. ¶Quod officium defunctorũ ſemp dicitur per totũ annũ modo,& ordine prædicto,qñ in ſequenti die fit de feria, ẽt ſi ipſa die eſſet feſtum duplex ,excepto tempo

re

re paſcali. Deinde dicitur completorium nõ de feria, ſed de feſto præcedenti. Sed notandũ eſt ꝙ ſi in iſto tẽpore feriali in quo dicitur officiũ defunctorum occurrerit aliquid anniuerſarium ſolenne etiam cum ix. lectionibus celebrandũ pro anima alicuius benefactoris, ſeu officium ꝓ funere præſenti, tunc tam in veſperis quam in noct. & in laudibus, dicta oratione anniuerſarii ſeu funeri competente, quæ terminatur, ꝑ dominum no. &c Requiem eternam. verſ. Re quieſcãt in pace. Sacerdos immediate ſine cãtu ꝑmiſſo oremus dicat illas orationes quas alias dicturus eſſet ratione feriæ ſequentis, & oratio. Fidelium deus terminatur. Qui viuis. cum Requiem eternam Verſ. Requieſcant in pace, & hoc ad ſatisfaciendum officio feriali. ¶ Ad matutinum. Inuitatorium dicitur. Regem venturum dominum, ſi fuerit ante quatuor tempora ſi vero fuerit in quatuor tẽporibus dicitur. Prope eſt iam dominus hymnus. Verbum ſupernũ prodiens, de aduentu, pſalmi, & antiphonæ dicuntur de pſalmiſta. Verſ. de aduentu, videlicet Verſiculus. Ex ſion, &c. dicitur ſecunda, & quinta feria. Verſ. Emitte agnum, &c. tertia, & ſexta feria, verſ. Egredietur dominus, &c. dicitur quarta feria, & ſabbato. Pater noſter, &c. Abſolutio competens cum ſuis benedictionibus videlicet. ¶ In ſecunda, & quinta feria dicitur abſolutio. Exaudi domine Ieſu Chriſte tertia,

& ſexta. Ipſius pietas, quarta feria, & ſabbato di citur A vinculis peccatorum. Si autem euãgeliũ occurrerit, ſicut in quatuor temporibus, & in quadrageſima quando agitur officium de feria dicta abſolutione competente, dicuntur infraſcriptę benedictiones, videlicet, Euangelica lectio. Diuinum auxilium. Ad ſocietatem, lectio nes tres dicuntur de Iſaia, ſequendo illas de do minica tunc proxime pręterita, niſi in quatuor tẽporibus, tunc enim legitur Omelia. Reſponſo ria dicuntur de hiſtoria dominicæ tunc proxime præterite incipiendo a primo relictorum reſpõſoriorum dictæ hiſtoriæ, & completis om nibus incipitur a ſecundo. Vt melius vnuſquiſque intelligat qñ in officio feriali accipiũtur reſpõſoria de hiſtoria dñcæ ponamus ꝙ hiſtoria dñcę tũc ꝓxime p̃terite habeat xiiii. Reſpõſoria vt habet dñica prima aduentus, prima die qua fit de feria incipitur a decimo Reſponſorio (in dominica enim fuerunt dicta nouem quia Te deum laudamus nõ dicitur) & dicitur x. xi. & xii alia die quando infra dictam hebdomadam fit de feria incipitur a xiii. Reſponſorio, & dicitur xiii. xiiii. deinde incipitur a ſecũdo ipſius hiſtoriæ quod dicitur pro tertio in huiuſmodi feria alia die ſi fieret de feria incipitur a tertio Reſpõ ſorio &c. & in ſequenti ſi fieret etiam de feria incipitur a primo relictorum videlicet a ſexto, & ſic per ordinem incircuitu, & expletis omnibus

bus incipitur a ſecundo, primo ſemper præter miſſò, etiam ſi contingat hiſtoriam dominicæ infra hebdomadam primo poni, prout fit aliquando in menſe Ianuarii, & Septembris, & ſic obſeruatur per totum annũ in accipiẽdo reſpõſo, quãdo fit de feria, niſi feriæ ipſe propria habeant reſponſoria, vt hebdomada quatuor temporum aduentus. Sed notandum eſt ꝙ aliquotiens in iſtis feriis de aduentu occurrit feſtum s. Thomę apoſtoli & s. Floriani, ita ꝙ in ſimili die hebdomade præcedentis fit de huiuſmodi feria prout in rubrica pariſienſi, & tunc in tali die p̃cedentis hebdomade tantũmodo dicuntur añæ laudum, lectiones autem, & reſponſoria, ac oratio dicuntur de dominica tunc proxime præterita, & ſi ipſa feria in qua occurrit feſtũ habuerit omeliam, tunc talis omelia dicitur pro nona lectione in officio de feſto vt ſupra, & ſimiliter in laudibus poſt orationẽ de ſancto dicitur oratio dictæ feriæ cum Aña competente pro cõm. aduentus. Cõpleto autem nocturno modo vt ſupra.ſ. dicto tertio reſpon. cũ gloria patri, &c. ſequuntur laudes ſecundum ordinem pſalmiſte cũ antiphonis ꝓpriis de aduẽtu, vel de pſalmiſta ſecundũ diſpoſitionem dictæ rubricæ pariſien. capitulũ. Venite aſcendamus. hymnus. Vox clara. verſ. Vox clamantis, &c. aña ad benedictus dicitur ſicut ordinatur in pręallegata rubrica. antiphona expleta genufleѕtuntur, &

dicitur

dicitur Chirieel. Chriſteel. Chirieel. Pater no ſter.voce intelligibili, & hoc ſolũ in matutino & in veſperis, in aliis vero horis dicitur ſub ſilẽtio.verſ. Et ne nos. reſp. Sed libera nos.poſtea immediate ſequuntur præces videlicet. Ego di xi domine , &c. prout in breuiario ponuntur poſt primam dominicam ſequentẽ octauã Epiphaniæ,ſiue in pſalmiſta poſt tertiam(cõmuniter ille habentur in his duobus locis)cum pſalmo Deprofundis.in aliis autẽ horis dicitur p̃s. Miſerere mei deus.cũ vero peruenitur ad Dñs vobiſcum.ſurgit Sacerdos , & dicit orationẽ de dominica tunc proxime præterita,niſi fuerit in feriis quatuor temporum tunc enim dicit illam de feria,& dum dicit per Dominum noſtrum, vel Qui uiuis & regnas,&c. ſurgunt omnes clerici:& dicto uerſ. Benedicamus domino & Reſponſ.Deo gratias. Abſolute dicuntur Laudes defunctorum ſi eſſent dicende:alioquin dicitur Fidelium anime,&c. ¶ Notandum ꝙ ad horas uidelicet ad primam,tertiam, ſextam , nonam, añæ dicuntur ſicut in laudibus quarta tamen prætermiſſa,ſi uero antiphone fuerunt dictę de pſalmiſta in laudibus in celebratione huiuſmodi horarum ferialium accipiuntur antiphone laudum de dominica tunc proxime præterita, quæ tantum dicuntur ad dictas horas feriales tẽpore aduentus : quarta tamẽ ut dictum eſt:ſemper prætermiſſa,capitulum ad primam. Pacem

&

& veritatem, quod ſemper dicitur quando ſit de feria per totum annum preterquã inter paſca, & penthecoſten. ℟. Chriſte filii dei, &c. verſ. Qui venturus es in mundũ. verſ. Exurge Chriſte, &c. deinde ſequuntur preces, quę habentur proprie ad primam poſt dictum capitulum loco vt ſupra per ordinem, & dicuntur genibus flexis modo vt ſupra oratio. Domine deus omnipotẽs qui ad principiũ, &c. quę ſemper dicitur ad primã, capitula ad reliquas horas, & reſpõſoria, dicuntur ſicut ordinata, & poſita ſunt in ſecũda feria poſt primã dominicam de aduẽtu, preces vero dicuntur ſicut ſupra in matutino. ſ. Ego dixi domine, &c. oratio ad horas. ſ. tertiam, ſextam, & nonam dicitur ſicut in matutino. ¶ Ad veſperas huiuſmodi ferię, pſalmi dicuntur ſicut habentur in breuiario cum ſui añis ibi poſitis, capitulum. Non auferetur ſceptrum hymnus. Conditor. verſ. Rorate celi, &c. ad magnificat dicitur aña quę competit iuxta Rubricam pariſien. qua expleta dicũtur Chiriecl. &c. Pater noſter, voce intelligibilli, & preces ordine quo ſupra in matutino, oratio dicitur de dominica proxime pręterita, etiam ſi in matutino, & in aliis horis pręcedentibus alia eſſet dicta, finita uero oratione, et dicto verſ. Benedicamus domino, et ℟. Deo gratias. dicitur officium defunctorum modo vt ſupra. Poſtea ſequitur cõpletorium, et dicitur ſicut ordinatur in breuia-

rio

rio cum pſalmo Miſerere mei deus, &c. ¶ Si vero in ſequēti die occurrerit feſtū ſemiduplex vel ſimplex vſque ad capitulum dicitur de pſalmiſta ſicut ſupra dictum eſt, et a capitulo in antea dicitur de feſto cū com. ferię, et non dicitur officium defunctorum, & ad completorium nō dicitur pſalmus. Miſerere, &c. quia in ſequenti agitur de feſto, et non de feria.

De officio feriali quod celebratur poſt octauam Epiphanię Rubrica.

FIt etiam de feria in mēſe Ianuarii poſt octauam Epiphanię, et hoc quando inter prædictam octauā, et ſeptuageſimam nulla eſt dominica vt dictum eſt ſupra in Rubrica de numero hiſtoriarum dominicarum, et tunc in pręcedentibus veſperis quę finiuntur abſque cōm. huiuſmodi feriæ ſequentis (nunquam enim in veſperis fit com. de feria ſequenti nec de præcedenti) dicuntur veſpere, et vigilia defunctorum modo vt ſupra proxime dictum eſt. ¶ Ad matutinum, Inuitatorium. Hymnus. Pſalmi, antiphonæ verſiculi, dicuntur per ordinem ſicut habentur in pſalmiſta, duæ lectiones dicuntur de epiſtola Pauli ad Romanos, et tertia de Omelia dominicę ſuper euangelium. Nuptię factæ ſunt. ſ. Adſit dominus, quę habentur in prima dominica poſt octauam epiphanię, tria Reſpōſ. dicuntur de hiſtoria ipſius dominicę incipiendo a ſecundo Reſponſ. videlicet. Deus qui ſedes,

pes,&c.per ordinem,ad laudes, pſalmi, añe,ca pitulum,hymnus verſiculus antiphana ad benedictus preces.ſ.ego dixi.&c. dicuntur per ordinem ſicut ponuntur in pſalmiſta, oratio dicitur de dominica p̄dicta.ſ. Omnipotēs.ſ.deus,q celeſtia,&c. et dicuntur cōmunia ſuffragia hoc modo uidelicet terminata oratione ſupradicta de die. Per dominū noſtrum,&c.additur com. ſancti proprii loci,apud nos Bonon.dicitur aña Glorioſi principes terrę.Ver. in omnem terrā. oratio.Deus cuius dextera beatum Petrū, quæ terminatur. Qui uiuis et regnas,&c. Verſ. Dominus nobiſcū.&c.Ver Benedicamus domino et.Reſ.Deo gratias,genua flectūtur ſine nota.i. ſine cantu dicūtur reliqua cōmunia ſuffragia.videlicet antiphona. Per ſignum crucis.Ver.Omnis terra.oratio. Perpetua nos domine, deinde de S. Petronio ſecundum moremEccleſię Bon. antiphona.Letemur. Verſ.Ora pro nobis. oratio.Exultet domine demū de pace.aña. Da pacem domine Verſ. fiat pax.oratio Deus a quo ſancta deſideria,quę terminatur ſolū,per Chriſtum dominum noſtrum , & Reſpon. Amen. mox ſequuntur laudes defunctorum,niſi clerici dixerint eas immediate poſt nocturnum , ſiue vigiliā, tunc enim ſequitur fideliū animę , &c.

¶Si vero alii clerici quarumcunq; Eccleſiarū collegiatarum,& regularium haberent eccleſiā ſub vocabulo alterius ſancti,quam de S. Petro,

ſicut

ſicut nos Bononienſes habemus, dicta oratiōne de feria ſequitur oratio de ſuo proprio ſancto quæ terminatur. Per dominum noſtrum ſeu. Qui viuis & regnas, &c. cum Benedicamus domino, poſtea de cruce, & de apoſtolis, &c. vltimo de pace modo vt ſupra. Quæ ſuffragia ordine prædicto ſemper dicuntur in feriali officio, ab octaua Epiphaniæ excluſiue, vſq; ad dñicā de paſsione, & a prima feria poſt dñicā ſequētē penthe. vſq; ad aduētū D. in matut. & veſperis, mutatis mutandis. Ad alias horas diei añe capitula. reſpōſoria. verſi p̄ces dicūtur ſicut ordinata ſunt in pſalmiſta. Si officiū feriale fieret inter ſeptuageſimam & feriam quartam cinerum, omnia dicuntur ſimiliter de pſalmiſta præter antiphonas ad Magnificat, quæ habentur proprie infra ſingulas hebdomadas de quib. vide in breuiario poſt veſperas ipſarum dominicarum, lectiones vero dicuntur de libro geneſis per ordinem. Reſpōſoria de hiſtoria dominicæ tunc proxime præterite modo vt ſupradictum eſt in Rubrica de officio feriali, & ſimiliter oratio dicitur de Dominica præcedenti.

De officio feriali quod celebratur in die cinerum, & in reliquis diebus, vſque ad feriā quartā hebdomade ſanctæ Rubrica.

FIT etiam officium feriale in quarta feria cinerum. ſ. in primo die Quadrageſimæ ex ordinatione domini Clemētis Papæ ſexti

anno domini 1352.ſui vero pontificatus anno decimo, & ſi occurrerit in ipſa feria feſtum quãtũcũq; ſit duplex transfertur in ſequẽtẽ quintã feriam, etiam fit officinm feriale in ipſa quintã feria, qñ in ea non occurrit feſtum duplex, vel ſemiduplex, aut aliud habens aliquam prærogatiuam, & hoc propter proprium Reſponſoriũ non autem ex ordinatione alicuius Rubrice, ſed ex antiqua & diu obſeruata conſuetudine Eccleſię Bonon. & ſimiliter fit de feria in aliis diebus Quadrageſimę in quibus habetur propriũ Reſponſorium. De celebratione autẽ huiuſmodi quarte feriæ eſt ſciendũ ꝙ poſt ſecundas veſperas feriæ tertiæ poſt quam ſequitur ipſa dies cinerum abſque cõm. feriæ, (non enim tunc ſummus in Quadrageſima) dicuntur veſpere, & vigilia defunctorum ordine quo ſupra, deinde dicitur completorium, poſtea ſi videbitur clericis exiſtentibus in choro, vel coriſtę, & etiam extra chorum vnicuique clerico dicuntur pſalmi graduales prout in breuiario alioquin dicuntur in noctæ ante inchoationem matutini beatæ Marię virg. & hoc ſolum ab iſta quarta feria cinerum incluſiue, vſque ad feriam quintam in cena domini excluſiue quando fit de feria. Ad matutinum, inuitatorium. Hymnus, ſpalmi. ante Verſ. dicuntur ſicut habentur in breuiario in quarta feria. Lectiones dicuntur de Omelia ipſius ferię cinerum cum Reſponſoriis de hiſtoria domi-

nicę Quinquageſimę proxime prætcrite incipiẽ do a primo relictorum Reſponſorium prout di ctum eſt ſupra in Rubrica de officio feriali, & dicto tertio Reſponſorio cum gloria patri, &c. ſequuntur laudes de feria quæ dicuntur prout habentur in pſalmiſta, pręter antiphonã ad benedictus, quę eſt propria cum oratione de feria vt patet in breuiario poſt dominicam Quinqua geſimę ſcilicet in ipſa feria cinerũ poſt omeliã, preces & ſuffragia dicuntur modo, & ordine vt ſupra dictũ eſt in Rubrica de officio feriali poſt octa. epiphaniæ, quibus laudibus & ſuffragiis ex pletis abſolute dicuntur laudes defunctorum ni ſi clerici dixerit eas in mediate poſt nocturnum defunctorũ, poſtea dicuntur ſeptem ſpalmi pœ nitentiales cum letaniis, & orationibus prout in breuiario ponuntur poſt dictam quartam feriam, qui dicuntur tãtum quando fit de feria ab hac die cinerum vſque ad feriam quartam maio ris hebdomade incluſiue. Ad alias horas diei an te capitula, reſponſoria, et verſiculi dicuntur ſicut in pſalmiſta, oratio de feria ſicut in laudib. Ad veſperas ſpalmi, añæ capitulũ hymnus, verſi culus dicuntur ſicut habentur in pſalmiſta per ordinem, antiphona ad Magnificat cum oratio ne propria dicitur ſicut habetur in ipſa feria cinerum poſt orationem, quæ dicitur ad benedictus. finita antiphona ad magnificat ſequitur. Pater noſter, & dicitur totus voce intelligibili.

Verſ.

Verſ. Et ne nos,&c. poſtea dicuntur preces ſ. Ego dixi domine, vt ſupra in matutino, præter pſal. Deprofundis. loco cuius dicitur pſal. Miſerere mei quibus finitis dicitur oratio, quæ terminatur. Per dominum noſtrum, &c. & mox ſequitur com. de ſancto proprii loci, videlicet ſecundum nos Bonon. antiphona Petrus apoſtolus Verſ. Conſtitues oratio. Deus cuius dextra, quæ terminatur. Qui viuis & regnas,&c. Benedicamns domino, & Reſpon. Deo gratias, genibus flexis ſine cantu dicuntur cõmunia ſuffragia modo vt ſupra in matutino ſub Rubrica de officio feriali poſt octa. epi. mutatis mutandis, & dicto per Chriſtum dominum noſtrum. poſt orationem de pace, & Reſpon. Amen. ſequitur officium defunctorũ, & hoc ſi in ſequẽti fit de feria propter proprium Reſponſorium, alioquin ſi in ſequenti quinta feria occurrerit feſtum ſemiduplex vel ſimplex vt ſupra dictũ eſt, a capitulo in antea fit de feſto cũ com. occurrẽtis ferie. Si autem duplex, omnia dicũtur de duplici & cõm. tantum de ipſa feria præſenti, & nõ dicitur officium defunctorum. Et notãdum ꝙ ſi quottidie celebraretur officium de feria infra quaſcunque hebdomadas totius anni nunquã fit com. de ſequenti, nec de præcedenti feria, iuxta illam Rubricam antiquiſsimam ſic dicentẽ, feria cum feria totum de feria, & nihil de feria.
Notandum ꝙ ſi in ipſa. Quinta feria, & in aliis

feriis ſimilibus, quæ habent proprium Reſponſorium fit officium feriale dicto proprio Reſpõſorio occurrẽte, adduntur duo Reſponſoria de hiſtoria dominicæ tunc proximo præterite, incipiendo a primo relictorum ipſius. Notandum etiam ꝗ a prima ſecũda feria poſt dominicam primam Quadrageſimæ, vſque ad dominicam paſsionis quando fit de feria, omnia dicuntur ſicut ſupradictum eſt, pręter hymnos, verſiculos, capitula, & reſponſoria ad omnes horas, & antiphonas ad benedictus, & ad primam, tertiam. ſextam, & nonam, & ad veſperas ad magnificat quę habẽtur propria in locis ſuis, de quibus vide in breuiario poſt dominicam prædictam ibi enim habentur antiphonę ad horas, & capitula, quę ſemper dicuntur in feriali officio vſque ad dominicam de paſsione. Item a feria ſecunda poſt dictam dominicam de paſsione quando fit de feria, vſque ad feriam quartam hebdomade ſanctę incluſiue, omnia etiam dicuntur de pſalmiſta, vt ſupra pręter inuitatorium, hymnos, verſiculos, capitula, & antiphonas, ad omnes horas, de quibus omnibus vide in breuiario diligenter in locis ſuis poſt dominicam prędictam & dominicam palmarum.

De officio feriali quod celebratur a feria ſecunda poſt dominicã in albis vſq; ad Aſcenſionem Domini Rubrica.

DE feria etiā fit in tempore paſcali, & hoc quando eſſet dies vacuus, & quis non haberet feſta ſanctorum nominatorū in calendario Eccleſię Romanę, ſiue Eccleſię maioris proprii loci occurrētia ante Paſca, & poſtmodū celebranda ſecundum ordinem vt infra dicemus in Rubrica de feſto ſimplici, in diebus vacuis exiſtētibus infra dictum tempus paſcale, in quo tempore iuxta calendarium Romanū ſunt pauci ſancti vt claret patet in breuiariis, & miſſalibus antiquis, & quamuis quottidie in martilogio quod legitur poſt primam, videlicet ante. Verſ. præcioſa, in eccleſiis cathedralibus, collegiatis, & regularibus, habeantur, & pronuntientur multe feſtiuitates, & natiuitates ſanctorum tamen non licet alicui celebrare officium ordinarium id eſt horas canonicas ipſorum ſanctorum, & aliorum ſimilium, niſi fuerint poſite, ſiue poſiti in Calendario Romano per ſummum pōtificē, vel in Calēdario proprii loci per dominum Epiſcopum, aut in honorem eorum haberentur Eccleſię, ſeu altaria conſecrata, quia tūc licet cuilibet clerico eiuſdem Eccleſię tale feſtū celebrare etiam ſi illud non fuerit deſcriptū in Calendario vt ſupra. Quando igitur inter paſca, & penthecoſten fit de feria, non dicitur officium defunctorum, nec dicūtur preces nec ſuffragia, ſed dicitur hoc modo videlicet, ad matutinum inuitatorium. Alleluia Alleluia, Alleluia.

hymnus, Rex ęterne domine. Pſalmi feriales dicuntur omnes ſub vna antiphona .ſ. alleluia ſicut in pſalmiſta, verſiculus de paſca. Lectiones dicuntur de libro in pręcedenti dominica lecto duo Reſponſoria de hiſtoria ipſius dominice incipiendo a primo relictorum, vt ſupra dictum eſt, & in ſecundo Reſponſorio dicitur Gloria patri, quia ſtatim poſt tertiam lectionem dicitur. Te deum laudamus, & dicitur quottidie vſque ad penthecoſten, incluſiue quo finito (ſcilicet. Te deum laudamus) dicuntur laudes ſicut habentur in dominica in albis, pręter capitulum, quod dicitur. Chriſtus reſurgens a mortuis, & antiphonam ad benedictus, quę eſt poſita poſt dictum capitulum quod habetur in ſequenti ſecunda feria poſt dominicā in albis cum reliquis antiphonis quę dicuntur ad benedictus in feriali officio vſque ad aſcenſionē domini, oratio, dicitur de dominica tunc proxime pręterita, & fit cōmemoratio de cruce prout in dominica in albis, videlicet añā. Crucifixus, &c. Ad primam pſalmi dicuntur ſub antiphona alleluia capitulū Regi ſeculorū, &c, ad abſolotionē capituli. Si cū ſurrexiſtis cū Chriſto. Ad alias horas Pſalmi ſub Antiphona alleluia. Capitula, & Reſponſoria dicuntur ſicut habentur in ſecunda feria poſt donicam in albis, vide ibi. Ad veſperas dicuntur pſalmi feriales ſub vna antiphona alleluia capitulum

ſicut

ſicut in laudibus, hymnus. Ad cœnam agni prouidi, verſiculus. Mane nobiſcum domine, &c. antiphona ad magnificat dicitur propria ſicut habetur poſt dominicam, tunc proxime prçteritam (habentur enim antiphonę proprie ad magnificat per ſingulas hebdomadas inter dominicas paſcales, de quibus omnibus vide in breuiario diligenter, & non errabis.) Oratio dicitur ſicut in laudibus, & fit com. de cruce ſcilicet antiphona. Crucem ſanctam, &c. ſicut habetur in dominica in albis. Si autem in ſequenti die fieret de feſto ſemiduplici, vel ſimplici a capitulo in antea fit de feſto, abſque commemoratione ferie, ſi de duplici omnia dicuntur de duplici.

De Officio feriali quod celebratur de mẽſe Septembris vſque ad aduentum. Rubrica.

FIt de feria etiam in menſe Septembris, & hoc quando feſtum decollationis ſancti Io. Baptiſtæ. Natiuitatis beatę Marię virginis & eius octaua, feſtum exaltationis ſanctæ Crucis, & ſancti Mathei apoſt. venerint in dominica, vt infra loco ſuo dicemus, & tunc in præcedentibus veſperis huiuſmodi ferie dicitur officium defunctorum, ordine quo ſupra in Rubrica de officio feriali.

Ad matutinum inuitatorium, hymni, pſalmi, antiphonæ, verſiculi, tam ad nocturnum

quam ad laudes, capitulum antiphona, ad benedictus, dicuntur ſicut in pſalmiſta ordinantur. Lectiones vero dicuntur hoc modo videlicet ſi ponitur hiſtoria Iudit, tres lectiones dicuntur de libro Iudith ſi Heſter, de libro Heſter, & incipitur a ſecundo Reſponſorio ipſius hiſtoriæ vt dictum eſt ſupra, oratio dicitur de dominica tũc proxime prçterita, preces ſuffragia, & omnia alia, etiam ad omnes horas dicuntur ſicut dictum eſt ſupra in Rubrica de officio feriali poſt octa. Epiphaniç, ſed aduertendum eſt ꝙ ſi per duos vel plures dies cõtinuos fieret officiũ feriale, antiphone ad Magnificat dicuntur proprie ſicut habentur per ſingulas hebdomadas poſt officium dominicarum huius menſis Septembris.

Fit etiam de feria ſecundum aliquas Rubricas in menſe Nouembris, & hoc vt integre ponantur xii. libri prophetarum, ſed non obſeruatur. Nihilominus ſiquis vellet obſeruare dictam Rubricam, & facere de feria, omnia dicútur ſicut nunc proxime ſupradictum eſt, præter lectiones, quæ dicuntur de dictis prophetis per ordinem. Reſponſoria vero dicuntur de hiſtoria dominicali menſis Nouembris incipiendo vt ſupradictum eſt in Rubrica de officio feriali, oratio dicitur de dominica tunc proxime præterita.

De

De feſto duplici maiori, & minori, & quid ſit feſtum duplex Rubrica.

FEſtum duplex eſt illud quod celebratur cum duplicatione antiphonarum, & cum nouem lectionibus, preterquam feſtum paſce, & pentecoſtes, que celebrantur ſolum cum tribus lectionibus, & habet omnes veſperas integras, vt feſtum Epiphanię domini, beate Mariæ Virg. Apoſtolorum, ſancti Laurentii & ſimilium, & feſtum proprie eccleſię. Quod feſtum ſi venerit in dominica in qua non habeatur propria hiſtoria vt dictum eſt ſupra in Rubrica de hiſtoriis dominicarum, ſemper fit de ipſo feſto cum com. dominice in vtriſque veſperis & matutino, & nona lectione, quę legitur de omelia dominice, dummodo hiſtoria dominice iam ſit poſita, vel poſsit poni in aliam ſequentem dominicam, & aliquando etiam celebratur ſine com. dominice, & hoc quādo dominice ſuper ſunt xxiiii. officiis dominicalibus poſt penthecoſten, vt dictum fuit ſupra in Rubrica proxime allegata, ſed ex iſtis, et aliis ſimilibus feſtiuitatibus aliquod celebratur ſub nomine duplicis maioris, et aliud ſub nomine duplicis minoris iuxta conſuetudines eccleſiarum nihilominus in duplicibus tam maioribus quam minoribus ſemper in veſperis, et matutinis duplicantur antiphonę, tamē eſt aliqua differen-

differētia interfeſtum duplex maius, & duplex minus, & hoc in celebratione veſperorū, quæ eſt iſta videlicet, ſi hodie occurrit feſtū duplex maius, & cras feſtum duplex minus, veſpere fiunt totaliter de maiori, & com. ſolum de minori ſequenti, & ſimiliter ſi hodie occurrit feſtum duplex minus, & cras duplex maius, omnia fiunt de duplici maiori ſequenti, & tantum com. de duplici minori præcedenti, & de hoc habetur Rubrica ſpecialis, & generalis in breuiario ſic dicens in vigilia feſti duplicis veſpere fiunt totaliter de feſto duplici, ita ꝙ quanuis eadem die fit feſtum non duplex vel dominica de neutro fit com. quæ Rubrica habet locum in duplicibus maioribus concurrentibus cum duplicibus minoribus modo quo ſupra, vt patet conſideranti, alioquin illa verba, eadem die ſit feſtum non duplex, &c. eſſent fruſtatoria, quod non eſt dicendum, & ſic obſeruat eccleſia Bonon. Si autem prædictum feſtum duplex hodie, & eras ſit equale, incipitur a capitulo de ſequenti, & vſque ad capitulum de pręcedenti, præterquam in feſto Natalis domini, & ſequentium ſanctorum occurrentium infra octauam & eiuſdem, & in feſto Aſcēſionis domini. Sāctiſſime trinitatis, & corporis Chriſti, quando in ſequenti celebratur feſtum equale, & etiam in præcedenti ſcilicet in vigilia corporis Chriſti, Aſcen. vel penthecoſt. de quibus omnib. infra.

Notan-

Notandum ꝙ ſi occurrit feſtum duplex in ſecunda feria poſt ſingulas dominicas aduentus, & dominicā ſeptuageſimæ,& alias ſequentes vſque ad paſqua, ſemper in ſecundis veſperis ipſarum dominicarum, omnia fiunt de feſto duplici cō com. dominice excepta dominica quarta de aduentu quando Natalis domini venit in die lunæ, in aliis autem feſtiuitatibus duplicib. quę veniunt in ſecundis feriis poſt alias dominicas totius anni nunquam ſit com. de dominica in primis veſperis earūdem feſtiuitatum duplicium, vt dictum eſt ſupra in Rubrica de numero hiſtoriarum dominicarum circa finem.

Sciēdū ꝙ in primis veſperis quarūcūq; feſtiuitatū dupliciū añę quæ ponūtur in laudib. ipſius feſtiuitas dicūtur in ipſis veſperis ſup pſalmos. Dixit dñs Confitebor, Beatus, Laudate pueri dñm. Laudate dominū oēs gētes, niſi alie proprie aſsignētur in ipſis primis veſperis. Qui pſalmi ſemper dicuntur in primis veſperis omnium feſtiuitatum duplicium præter quam in feſto Dedicationis Eccleſiæ, & beatæ Mariæ virginis, & aliarum virginum, nec non ſanctarum viduarū de quibus vide in breuiario locis ſuis.

De feſto ſemiduplici, & quid ſit feſtū ſemiduplex. Rubrica.

FEſtum ſemiduplex eſt illud, quod nō eſt duplex ſed maius quam ſit ſimplex, vt feſtum ſancti Nicolai epiſcopi ſanctæ Lucię

virg.& mar.feſtum s.Floriani,& ſociorũ,quod apud nos, Bonon. eſt ſemiduplex, & aliorum ſimilium, vel habentium aliqua propria Reſpon. quę celebrantur etiam cum ix. lectionib. ſed non duplicantur aṅę. Quod ſi occurrerit in dominica cuius hiſtoria poſsit trãsferi in ſequẽtem dominicam, vel fuerit poſita, ſemper fit de ipſo feſto cum com. dominicę modo vt ſupra, & habet ſemper ſecundas veſperas integras, niſi ſequeretur feſtum equale vel dominica, tunc enim inciperetur a capitulo de ſequenti. Si autem duplex, nihil fit memoria de ſemiduplici præcedenti. Si vero occurrerit ſemiduplex immediate poſt feſtum duplex, fit tantum com. de ipſo ſemiduplici, præterquam in octaua s. Ioannis Baptiſtæ, & natiuitatis beatę Mariæ virgi. de quibus infra loco ſuo dicemus. Quelibet etiam dies ſituata infra octauam Epiphaniæ, & ipſa dies octaue epiphaniæ eſt feſtum, ſiue officiũ ſemiduplex, & ſimiliter quilibet alius dies ſituatus infra alias octauas eſt duplex, officium ſiue feſtum ſemiduplex iudicatur.

Notandum. ꝙ quando feſtum ſemiduplex celebratur in dominica, & in ſabbato præcedẽti eſt feſtũ ſimplex, vel aliud ſemiduplex, poſt orationem de feſto ſemiduplici ſequenti fit cõmemoratio de dominica, & poſtea de ipſo feſto præcedẽti, & ſi fieret de octaua alicuius feſtiuitatis vltima cõm. erit de octaua. In ſecundis

autem

autem veſperis huiuſmodi feſti ſemiduplicis occurrentis infra octauam alicuius feſtiuitatis infra quam occurrentes feſtiuitates celebrantur, omnia fiunt de ipſo ſemipuplici, poſtea de feſto ſimplici in ſecunda feria occurrenti, deinde de dominica, vltima de octaua, ſi vero in ſequẽti ſecunda feria fieret de octaua, & non de aliquo feſto, poſt orationem de feſto ſemiduplici ſequitur com. de octauã, poſtea de dominica.

De feſto ſimplici, & quid ſit feſtum ſimplex. Rubrica.

FEſtum ſimplex eſt illud quod non eſt duplex nec ſemiduplex, ſed minus quam ſit ſemiduplex, vt feſtum ſancti Marcelli Papæ & martyris quod occurrit.xvi Ianuarii feſtũ ſancti Agnetis ſecundo, ſanctorum Quadragin ta martyrum, & feſtum ſanctorum ſeptem fratrum martyrum, & aliud ſimile, quod celebratur etiam cum nouem lectionibus, ſed non habet ſecundas veſperas integras niſi in ſequenti fieret de feria, & eſt etiam illud quod antiquitus celebrabatur cum tribus lectionibus, & aliquã do per ſimplicẽ cõmemoriationem tam in feſtiuitatibus.ix lectionum quam trium, vt in feſto s. Martini Epiſcopi, de ſancto Menna, & in feſto s. Clementis, de ſancta Felicitate, & in ſecunda miſſa Natalis domini de ſancta Anaſtaſia, & in Circunciſione domini de ſancto Baſilio, & ſancta Martina, & in feſto ſancti Igni Pa-

pæ

pæ de ſancto Paulo heremita confeſſ. quod celebrabatur ſolum cū tribus lectionibus ſtatim poſt octauam epiphaniæ, cum com. ipſius ſancti Pauli de quibus omnibus, & aliis ſimilibus patet in breuiariis & miſſalibus, antiquis, ſed nunc exordinatione domini Bonifacii Papæ 8. & domini Clementis Papæ 6. aliorumque plurium ſummorum pontificum, prædicta, & ſimilia feſta, vel alia ſimili modo, aut quocunque alio etiam equalia vt ſupra inſimul occurrentia, transferuntur in alios dies vacuos calendarii, & celebrantur cum ix. lectionibus, ſicut celebrantur alie feſtiuitates ſanctorum per ordinem, videlicet, ſi hodie qui eſt dies vacuus celebraui feſtum vnius ſancti occurrētis die prima Ianuarii, cras non debeo celebrare feſtum alterius ſancti occurrentis decima Decembris, ſed prius iſtud, & poſtea illud Ianuarii niſi eſſet feſtum duplex, vel ſemiduplex, aut habēs aliquā prærogatiuam, & ita decreuerunt præfati aliiq; plures ſummi Pontifices, q quodlibet feſtum cuiuſcunque ſancti deſcripti in calendario per habentem auctoritatem, habeat diem ſuum, & fiat de quocunque officium ix. lectionum de per ſe & nullo modo per commemorationem nec per officium trium lectionum, & ſic facit eccleſia Romana mater omnium eccleſiarum; & noſtra Bonon. nec non Rauenatenſis quæ eſt metropolis, in ponendo, & celebrando prædicta

dicta feſta ſimplicia,& ſimiliter faciunt, & obſeruant omnes aliæ Eccleſiæ cathedrales, collegiate, & regulares, imitantes Romanam eccleſiam, quæ feſta ſimplicia ſi continue celebrantur, vſque ad capitulum fit de præcedenti, & a capitulo in antea de ſequenti. Si vero inter ipſas feſtiuitates ſimplices occurrerit feſtum ſemiduplex, fit ſimili modo niſi in ſecundis veſperis quia fiunt totaliter de feſto ſemiduplici. Si autem duplex de prçcedenti nulla fit com. de ſequenti vero ſimplici in ſecundis veſperis feſti duplicis, & ſemiduplicis fit tantum commemoratio. Si autem occurrerit celebrare officium feriale vide ſupra in Rubrica de officio feriali circa principium. Feſtum ſimplex eſt etiã quælibet dies ſituata inter octauas feſtiuitatũ, quarum dies octaue eſt ſemiduplex, præter dies ſituatos infra octauam Epiphaniæ, vt dictum eſt ſupra, & nota ꝙ ſemper fiunt nouem lectiones inter ipſas octauas.

De octauis feſtiuitatum vide infra in Rubrica menſis Ianuarii.

De ordine celebrandi officium in feſto vnius ſanctę martyris ſolũ Rubrica.

Sciendum ꝙ in feſto vnius ſanctæ martyre tantũ, omnia dicuntur ſicut in feſto vnius ſanctæ, nec virg. nec mart. excepto ꝙ primum Reſpon. dicitur. Veni ſponſa Chriſti. Quod habetur in communi virginum. Reliqua

vero

vero dicuntur, ſicut ponuntur in communi ſan ctarum nec virg. nec mart. incipiendo a primo Reſponſorio & proſequendo per ordinem prę ter vltimum. ſ. octauum, quod erit Regnũ mũdi, & ita obſeruat Eccleſia Bonon. Quę Rubrica habetur immediate poſt officium de viduis, ſiue de ſanctis nec virg. nec mart. in breuiario de Camera, impreſſo de anno 1481. tempore D. Sixti Papę 4. & in multis aliis, & debet obſeruari ab omnibus, quia eſt rationabilis, vt patet conſideranti, quanuis non nulli ſentiant in cõtrariũ pro eo quia ipſa non reperitur in breuiariis antiquis, cum multę aliæ Rubricæ circa celebrationem officii diuerſarum ſanctarum in eis reperiantur, vt de virginibus, de viduis, &c. quibus reſpondetur quod in calendario Rom. non inueniuntur niſi tres ſanctę martyres tantum ſcilicet Anaſtaſia, Sabina, & Felicitas, quarum, officium ſeu feſtum, olim celebrabatur ſolum per ſimplicem cõmemorationem, in feſtiuitatibus ix. lectionum, vt de ſancta felicitate, in feſto s. Clementis, &c. de quibus tribus patet in libris antiquis, propter quod Eccleſia tunc temporis non prouidit eis de aliquo alio officio ſingulari ſicut fecit aliis ſanctis, & per cõſequens nec de Rubrica, ſed poſtquã dominus Vrbanus vi. et alii plures ſummi pontifices, mãdauerunt prędicta feſta celabrari debet cum ix. lectionibus, modo vt ſupradictum eſt, prouiſ-

ſum

ſum fuit ipſis ſanctis martyribus de officio particulari ordine, & modo quo ſupra proxime dictum eſt in præſenti Rubrica, & quia in multis breuiariis etiam modernis culpa impreſſorum, ſeu curam habentium de impreſsione non fuit poſita, illam hic poſui tanquam laudabilem, & neceſſariam.

De modo ſupplendi hiſtoriam, vel legendam cuiuſcunque ſancti, quando ei aliquid deeſt. Rubrica.

Notandum q ſi aliquod feſtum habeat hiſtoriam non perfectam, ſicut feſtum ſanctę Luciæ ſuppletur de hiſtoria communi ſanctorum, incipiendo a ſecundo Reſponſorio, & ſequendo per ordinem, & ſi deficiunt lectiones in feſtiuitatibus quoruncunque ſanctorum, vt in feſto ſancti Melchiadis Papæ, in quo communiter vna lectio tantum habetur, & in non nullis aliis ſanctorum feſtiuitatibus, in quibus ſolum habentur tres lectiones vel ſex, pro reliquis huiuſmodi lectionibus ſemper recurritur ad commune ſanctorum, incipiendo a prima lectione.ſ. a principio ſermonis communis illius ſimilis ſancti, & proſequendo per ordinē, tres vero vltime ſemper dicuntur de omelia cōmuni etiam ſi ſolummodo deficerent tres.

Quando, & quomodo in Reſpōſoriis ad matitinum dicitur gloria patri, & in quo tempore dicitur. Te deū laudamus Rub.

SCiendum eſt, ꝙ quando in matutinis legū-tur ix. lectiones. Gloria patri ſemper dicitur in tertio, ſexto, & octauo Reſponſorio; & immediate poſt ix. lectionem, dicitur. Te deum laudamus, exceptis diebus dominicis ab aduentu vſque ad natiuitatem domini excluſiue, & a ſeptuageſima vſque ad paſca, & in die innocentum quando non cadit in dominica, in quibus non dicitur. Te deum laudamus, quanuis nouem lectiones legantur ſed poſt ix. lectionem, dicitur nonū Reſponſorium, & tunc non in octauo reſponſorio, ſed in ipſo nono dicitur Gloria patri. præterquam in dominica de paſſione vſque ad paſca, in officiis dominicalibus, tunc enim infine cuiuslibet tertii Reſponſorii non dicitur. Gloria patri. ſed repetitur Reſpōſorium, prout patet in breuiario. Quando vero non leguntur nouem lectiones, leguntur tres, & hoc quando fit de feria; & dicuntur tria Reſponſoria, & in fine tertii Reſponſorii dicitur. Gloria patri. præterquam in feriis a dominica de paſsione vſque ad paſca, tunc non dicitur. Gloria patri, ſed repetitur Reſponſorium. excepto ꝙ per totam hebdomadam paſce, & in officio feriali vſque ad Aſcenſionem domini excluſiue

ſiue, & per totam hebdomadam pentecoſtes, duo tantum Reſponſoria dicuntur, & in fine ſecundi dicitur. Gloria patri licet tunc tres lectiones dicantur, quia immediate poſt tertiam lectionem dicitur, Te deum laudamus.

De antiphonis, quę dicunt ad horas. Rubrica.

NOtandũ ꝙ in omnibus feſtiuitatibus añæ quę dicuntur ad laudes, dicuntur etiam ad primam, tertiam, ſextam, & nonam ꝑ ordinem quarta tamen ſemper prętermiſſa, niſi aliæ proprie aſsignentur, ſicut in diebus dominicis quadrageſimæ. &c. & ſimiliter, ad veſperas, omnes antiphonę dicuntur ſicut in laudibus, niſi proprie aſsignentur, & ille antiphonæ quæ terminantur per alleluia, poſt Septuageſimam, vſq; ad paſca ſine alleluia terminentur ſi congrue fieri poterit, vbi vero in ſe ipſis nõ poterunt congrue terminari, ſecundum congruitatem ſentẽtiæ addatur. Dicit dominus, vel. In æternũ, & quando antiphona incipit ſicut pſalmus. Cantor, ſiue ipſe celebrans non reincipit pſalmum, ſed procedit vltra, & hoc quando officium non eſt duplex.

De orationibus dicendis ad hores Rubrica.

SCiendum ꝙ in omnibus dominicis diebus & feſtis, illa oratio quę dicitur in primis veſperis, dicitur per omnes horas ſequentis

diei, quãdo fit de eis, præterquam ad primam, & completorium, aliis vero diebus illa oratio quę dicitur ad matutinum, dicitur etiam ad horas præter primam, & completorium, & veſperas, in quadrageſima, & quatuor temporibus de aduentu.

De quatuor antiphonis beatæ Mariæ vir. ſcilicet. Salue regina, &c. quæ dicuntur poſt cõpletoriũ. Rubrica.

NOtandum, ꝙ antiphona. Alma redẽptoris, dicitur poſt Completorium a primo ſabbato de aduentu incluſiue, vſque ad purificationem beatæ Mariæ virg. excluſiue antiphona. Salue Regina. dicitur a vigilia Purificationis incluſiue vſque ad feriã quartam hebdomade ſanctę incluſiue, & aña Regina cœli dicitur a ſabbato ſancto in cluſiue, vſque ad vigiliam Aſcenſionis excluſiue, antiphona Aue Regina celorum. dicitur a vigilia Aſcen. incluſiue, vſque ad aduentum domini excluſiue. Sed aduertendum eſt ꝙ a vigilia aſcenſionis vſque ad primum ſabbatum poſt dominicam penthecoſtes, in fine ipſius antiphonæ. Aue Regina cęlorum additur allęluia. Quæ antiphonæ ordine prædicto dicuntur quottidie poſt officium, præter quam in cœna domini, & in paraſceue ex inſtitutione domini Clementis papæ quinti anno ſui pontificatus octauo, & ita ſeruatur in Eccleſia Bononien.

De ordine inchoandi officium diuinum & de modo finiendi illud, & de officio beatę Marię virg. Rubrica.

SCiēdum, quod in principio matutino omnium feſtiuitatum, & temporum totius anni, expleto ſecrete. Pater noſter. qui ſemper dicitur ſub ſilentio in principio omnium horarum dicitur. Ver. Domine labia mea aperies. Reſpon. Et os meum, &c. Verſ. Deus inadiutorium meum intende. Reſpon. Domine ad adiuuandū me feſtina. Verſ. Gloria patri, &c. pręter quam in die epiphanię, & intriduo ante paſca, poſtea in mediate dicto alleluia, vel laus tibi domine. ſequitur Inuitatorium, quod bis dicitur ante pſalmū. Venite exultemus, &c. deinde. hymnus poſtea ſequuntur tres nocturni cum ix lectionibus, quando agitur officium de dominica, vel de ſanctis. cum abſolut. & benedictionibus prout in prima dominica aduentus ponuntur, pręterquam in paſcate, & pēthecoſte, & in diebus ferialibus, in quibus ſolum dicitur vnus nocturnus cum tribus lectionibus, & explero vltimo nocturno, videlicet immediate poſt. Te deum laudamus. quādo dicitur, quando vero non dicitur, poſt ix. Reſponſorium vel tertium quando fit de feria ſequitur. Verſ. Deus in adiutorium, &c. & dicuntur laudes, prout in breuiario, & finita vltima oratione quę terminatur. Per dominū noſtrum, &c.

vel Qui viuis & regnas. terminatur matutinū. cum Verſ. Benedicamus domino, & Reſponſ. Deo gratias. poſtea immediate dicitur. Fideliū animę per miſericordiam dei requieſcant in pace, amen niſi ſequeretur officium defunctorū, quia tunc dicto. Deo gratias. immediate ſequitur officium defunctorum, & ſimiliter inchoantur, & terminantur aliæ horæ canonicæ, excepto quod dicto ſecrete. Pater noſter. ſtatim incipitur. Verſ. Deus in adiutorium, &c. præter Conplectoriū, In cōplectorio.n. præmititur benedictio, lectio &c. & fit confeſsio, poſtea. Ver. Conuerte nos deus. Reſponſ. Et auerte iram. Verſ. Daus in auditorium, &c. & dicto. Benedicamus domino. & Reſpon. Deo gratias, immediate datur Benedictio. deinde ſequitur aña de beata virgine Maria prout ſupra in Rubrica proxima præcedēti, qua finita dicitur. Verſ. Aue maria. Reſponſ. Benedicta tu, &c. oratio. Omnipotens ſempiterne deus qui glorioſæ virginis. &c.

Sed aduertendum eſt quod quando dicitur officium beatę Mariæ Virginis. Matutinum, & veſpere beatæ Mariæ dicūtur ante matut. & veſperas diei, & tunc dicto ſecrete. Pater noſter dicitur. Verſ. Aue maria gratia plena dominus tecum. Reſpon. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Verſ. Domine labia mea, &c. Verſ. Deus in adiutorium, &c.

ſicut

ſicut in breuiario, & finito tertio Reſponſorio dicitur immediate Verſ. Deus in adiutorium, &c. & ſequũtur laudes, quibus expletis ſcilicet dicto Benedicamus domino, & Reſponſor. Deo gratias ſtatim incipitur Matutinũ diei videlicet. Verſic Domine labia mea, &c. & ſimiliter fit in veſperis. In aliis autem horis diei dicto. Benedicamus domino, & Reſpon. Deo gratias, immediate ſequuntur hore de beata virgine, videlicet. Verſ. Aue Maria. Verſ. Deus in adiutorium, &c.

Quod officium beatæ Mariæ virg. dicitur quotidie per totum annum in ſimul cum alio, modo vt ſupra, præterquã a vigilia Natalis domini incluſiue vſque ad octauam eius, etiam incluſiue, & a vigilia Epiphaniæ domini incluſiue vſque ad octauam eiuſdem incluſiue, & a quinta feria hebdomade ſanctę incluſiue, vſq; ad veſperas ſabbati in albis excluſiue, & a primis veſperis pẽthecoſtes incluſiue, vſque ad dominicam trinitatis in cluſiue, nec non quando fit officium duplex & inter octauas feſtiuitatũ infra quas non celebrantur feſtiuitates ſimplices occurrentes.

Notandum ꝙ ſi quis ex deuotione vellet dicere officium beatæ Mariæ virg. a vigilia Natiuitatis domini vſque ad diem Circuncifionis, illud dicitur hoc modo videlicet, a matutino ipſius vigilię vſque ad nonam incluſiue, dicitur

ſicut in aduētu, a veſperis autem eiuſdem diei, vſque ad completorium diei Circunciſionis, ſ. octauæ Natiuitatis domini incluſiue, dicitur ſicut a prima die poſt dictā octauā vſque ad Purificationem in breuiario ordinatur, & ſimiliter per totam diem purificationis. Item a matutino diei iouis hebdomade ſanctæ, vſque ad nonā ſabbati ſancti incluſiue, dicitur ſicut in quadrageſima, a veſperis vero ſabbati ſancti, vſque ad veſperas ſequentis ſabbati in albis excluſiue, dicitur ſicut ordinatur in breuiario, ab ipſo ſabbato in albis vſque ad aſcenſionem domini.

Sequitur Rubrica ſpecialis ſanctorū ad maiorem declarationem ſupradictorum, & dependentium ab eis, & præſertim feſtiuitatum, & tēporum, in certis diebus occurrentium vt infra, in quibus communiter oriri ſolent non nulla dubia in celebrando eas, ſiue ea multis de cauſis, quæ Rubrica diuiditur in duodecim menſis vt infra, & primo.

De menſe Decembris Rubrica.

ADuentus domini ſemper celebratur in illa dominica, quæ eſt magis proxima feſto ſancti Andreæ Apoſtoli, ſiue præcedat, ſiue ſequatur, & ſi prædictum feſtum cadit in dominica, in ipſa eſt aduentus domini, & tunc feſtum ſancti Andreæ transfertur in ſecundam feriam, & in ſecundis veſperis dominice, fit

fit totaliter de ſancto Andrea, cum commemoratione dominice. Si autem præfatum feſtum cadit in ſabbato, in ſecundis veſperis ipſius: fit tantum cõmemoratio de prima dominica aduentus Rubrica in contrarium non obſtante, quæ dicit ꝙ a capitulo in antea fiat de prima dominica aduentus, propter nouitatem officii, & temporis eſt etiam nouitas officii, & temporis, in dominica ſeptuageſimæ, & tamẽ ſi in ſabbato præcedenti occurrit feſtum purificationis ſanctæ Mariæ virg. fit ſolum cõmemoratio de ipſa dominica ſeptuageſimę, & ita ſeruat eccleſia Bononienſis.

Sciendum quod ab hac prima dominica de aduentu vſque ad vigiliam Natalis domini excluſiue, in quibuscũq; feſtiuitatibus ſanctorũ, tam in veſperis quam in matutinis, ſemper fit cõm. de aduentu, & ix. lectio legitur de omelia ferie, ſi huiuſmodi feſta celebrãtur in quatuor temporibus, & ſi in illis feriis habentibus proprias antiphonas ad laudes, iuxta ordinem Rubrice pariſienſi, & etiã in illis tribus feriis poſt dominicam palmarum celebratur aliquod feſtum, completis laudibus de feſto, cum cõm. ipſius ferie. dicto. Verſ. Benedicamus domino, & Reſpon. Deo gratias. abſolute dicuntur laudes de feria occurrente, cum ipſis propriis annis, videlicet abſq; capitulo, hymno, verſiculo. Benedictus, antiphona, & oratione, ſed dicto pſalmo

pſalmo. Laudate dominum de cœlis, cum anti phona ſua, terminantur ipſe laudes dicendo im mediate poſt antiphonam. Fideliũ animæ. &c.

Notãdum, quod Quatuor tempora ſemper occurrunt, in prima quarta feria, ſexta, & ſabbato, poſt feſtum ſanctæ Lucie. Dominicã primam Quadrageſimæ, Penthecoſtes, & feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis

Si feſtũ ſancti Nicolai venerit in ſabbato, in ſecundis veſperis ipſius, fit de eo vſque ad capitulum, & a capitulo in antea, fit de dominica cum com. feſti. Si autem venerit in ſecunda feria, in ſecundi veſperis dominicæ, a capitulo in antea fit de feſto cum cõm. dominicæ. Si vero occurrerit in dominica transfertur in quartam feriam ſequentem, quia in ſecunda fit de ſancto Ambroſio, & in tertia de Concepttione beatæ Mariæ Virginis. Semper enim feſtum minus cedit maiori,

Sciendum eſt, ꝙ in ſecundis veſperis ſancti Ambroſii quãuis ſit feſtum duplex, veſpere tamen dicuntur totaliter de Conceptione, cum cõm. ſancti Ambroſii, quia feſtum Conceptionis eſt duplex maius & ſancti Ambroſii duplex minus, & ſic obſeruat eccleſia Bon.

Notandum, ꝙ antiphona. O Doctor optime quæ habetur in communi confeſſorum, dicitur ſolum in feſto præfatis ſancti Ambroſii ad magnificat in vtriuſque veſperis, & in feſtiuitati-

bus

bus aliorum triũ doctorum ſcilicet Gregorii, Auguſtini, & Hieronymi, & ſimiliter Omelia ſuper euangelium. Vos eſtis ſal terræ. legitur tantum in feſtiuitatibus prædictorum ſanctorum quatuor doctorum, & non in aliis, quãuis Rubricę in breuiariis modernis nõ loquantur ſic expreſſe in quatuor.

Si autem feſtum ſancti Ambroſii venerit in dominica transfertur in tertiam feriam, quia in ſecunda fit de conceptione beatæ Mariæ Virg. & tunc in ſecundis veſperis Concept. fit ſolum com. de ſancto Ambroſio, quia feſtum Conceptionis eſt duplex maius, quod ſemper occurrens con duplici minori ſiue præcedat ſiue ſequatur, habet omnes veſperas integras vt dictũ eſt ſupra in Rubrica de feſto duplici.

Notandum, quod in feſto Cõceptionis beatæ Mariæ virginis ſecundum morem Eccleſiæ Bonon. fit officium de eius Natiuitate, mutato nomine Natiuitatis in nomen Conceptionis, præter ſex lectiones, quæ leguntur de ſermone ſancti Anſelmi, & tres ultime, quæ dicuntur de Omelia venerabilis Bede presbyteri, vel Origenis ſuper euangelium. Loquente Ieſu ad turbas, quod habetur infeſto ſanctæ Mariæ ad niues, & in fine hymnorum dicitur. Gloria tibi domine qui natus es de virgine tamen ad primam in verſiculo. Chriſte fili dei viui dicitur. Qui venturus es in mundum.

Et

Et ſimiliter in aliis feſtiuitatibus beatæ Mariȩ Virginis,& per octauas earum ,etiam ſi de alio feſto fieret officium,in fine hymnorum dicitur.Gloria tibi domine qui natus es,& ad primam in Verſ. Chriſte fili dei viui,dicitur. Qui natus es de Maria Virgine prȩterquam in feſto Annuntiationis eiuſdẽ quando celebratur poſt paſca.

Feſtum ſanctæ Luciæ, vel aliud ſemiduplex ſi venerit in dominica transfertur in ſecundam feriam,& in ſecundis veſperis dominicæ , a capitulo in antea fit de feſto huiuſmodi, cũ cõm. dominice.Nota ꝙ quando transfertur feſtũ ſanctȩ Luciæ expletis Lau.feſti cum cõm.ferie.Abſolute dicuntur lau. feriales.ordine vt ſupra dictum eſt vide in breuiario,in Rubrica pariſien.

Feſtum ſancti Thomæ Apoſtoli occurrẽs in dominica , etiam transfertur in ſecundam feriam,& in ſecũdis veſperis domine, omnia fiũt de ſancto Thoma,cũ cõm. dominicȩ. In matutino vero huiuſmodi feſti trãslati,pro cõm. aduentus dicitur antiphona.Dicit dominus,quæ habetur in ſecunda feria poſt dominicam tertiam de aduentu. Quando autem dictum feſtũ non cadit in dominica,pro cõm.aduentus ſemper dicitur antiphona. Nolite timere . hoc ordine,videlicet.finita oratione ſancti Thomȩ ad matutinum,immediate dicitur tota dicta antiphona.deinde dicitur verſiculus. Gloria patri

quo dicto, iterum dicitur tota ipſa antiphona. poſtea ſequitur. Sicut erat in principio, &c. & reiteratur etiam tota eadem antiphona. qua fi nita ſtatim dicitur. Verſ. Vox clamantis. oratio de dominica tunc proxime pręterita, niſi fuerit in quatuor temporibus, tunc enim oratio dici tur de feria, ſiue de ſabbato quatuor temporũ.

Si vigilia Natalis domini venerit in dominica ad matutinum huiuſmodi diei. Inuitatoriũ. dicitur de vigilia, hymnus. de aduentu primus, & ſecundus nocturnus, cum pſalmis, annis, verſiculis; lectionibus, & Reſponſoriis dicũtur de ipſa dominica. tertius vero nocturnus dicitur de vigilia, videlicet, expletis pſalmis de dominica cum ſuis antiphonis verſiculus, omelia, & Reſponſoria, dicuntur de vigilia, de omelia autem dominicæ nihil dicitur. Laudes de vigilia cum cõm. dominicę dicuntur, pro ut in breuiario, & ſimiliter reliquę horę dicuntur de vigilia.

Notandum ꝙ in nocte natiuitatis domini, & ẽt in nocte Epiphanię, tres primę lectiones ad matut. dicuntur ſine titulo, videlicet non dicitur. De Iſaia propheta, ſed dicta benedictione. mox incipiuntur lectiones Et nota ꝙ ſi in dicta nocte Natalis domini. inter matutinum, & laudes non dicitur miſſa, tũc immediate poſt. Te deũ laudamus. ſequuntur laudes more ſolito, videlicet. Verſ. Deus in adiutorium meum, &c. & Verſ. Dominus uobiſcum. oratio. Cõceda q̃s.

o deus,

o deus.&c. poſt Te deum laudamus. prętermi tuntur niſi quis ex deuotione vellet dicere matutinum in media nocte,& laudes in aurora,qa tunc matutinum terminatur poſt. Te deū laudamus.cum verſ.& oratione prędictis,vt in Rubrica in breuiario ibi poſita.

Feſtom Natalis domini ſancti Stephani ſancti. Iannis Apoſtoli,& euangeliſte,quæ ſunt duplicia, feſtum Innocentium,quod eſt ſemiduplex,& ſancti Thomæ martyris, ac ſancti Silueſtri papę,celebrantur modo,& forma,prout ordinatur in breuiario,& nō aliter,& hoc ex Regula ſpeciali, etiam ſi quis haberet eccleſiā propriam coſtructam ſub titulo, & nomine vnius iſtorum ſanctorum,veſpere non mutantur, vt puta quis habet Eccleſiam ſancti Ioannis,in ſecundis veſperis ſancti Stephani non incipitur a capitulo de ſancto Ioanne,ſed omnia dicuntur per ordinem,ſicut habentur in breuiario,tamē ob celebritatem ſingularem talis eccleſię,accenduntur multa luminaria,plures ſacerdotes, ſiue clerici,induuntur paramentis ſolēnibus, & omnia alia ſimilia fiunt,quę pertinent ad huiuſmodi ſolemnem feſtiuitatem,iuxta conſuetudines eccleſiarum,pręter ordinem prædictū poſitum in breuiario, qui nunquam mutatur.

Si feſtum ſancti Stephani,ſancti Ioannis, ſanctorum Innocentum, ſancti Thomę martyris, venerit in dominica,ipſa die nihil fit de dominica

nica, ipſa die nihil fit de dominica infra octa-
uam Natalis domini, ſed proxima die poſt fe-
ſtum ſancti Thomę prædicti fit de ea, ſicut ordi
natur in breuiario a natiuitate enim domini vſ
que ad Epiphaniam eſt vna tantum dominica
quo ad officium, quod ſemper fit vt dictum eſt,
niſi natiuitatis domini venerit in die lunæ.

Quãdo igitur Natalis domini venerit in die
lunę, tunc officium dominicale infra octauam
eiusdem, fit in die ſancti Silueſtri, ſolum per cõ
memorationem, & in ſequenti ſabbato fit de
octaua Natalis domini hoc modo, videlicet. In
ſecundis veſperis feſti ſancti Thomæ mar. dici-
tur añа. Tecum principium. ps. Dixit dñs, &c.
capitulum. Multifarie. hy. Chriſte redemptor
omnium. verſ. Notum fecit dominus añа. Ad
magnificat. Hodie Chriſtus natus eſt oratio.
Concede q̃s omnipotens deus poſtea de ſancti
Thoma, & de omnibus octauis.

Ad matutinum. Inuitatorium. Chriſtus na-
tus eſt nobis, & omnia alia dicuntur ſicut habẽ
tur in die Natalis domini, preter ſex lectiones,
quæ leguntur de ſermone ſancti Auguſtini ſci-
licet Hodie fratres, vel. Caſtiſsimum mariæ, &c.
& tres vltime, quæ dicuntur de omelia ſancti
Ambroſii, ſuper Euangelium. Paſtores loque-
bantur, & incipitur ſecundo Reſpon. ſcilicet.
Hodie nobis de cœlo, & octauum ponitur. O
Regem cœli. Ad laudes, & per horas añа. Quẽ

vidi

vidiſtis paſtores, cũ reliquis, & fit cõm. de omnibus octauis, cętere autem hore dicuntur ſicut in die Natalis domini.

Ad miſſam vero infra octauam Natiuitatis ſi quando fit de octaua, vt dictum eſt, omnia dicuntur ſicut habentur in tertia miſſa Natalis domini pręter epiſtolam, & euangelium, quæ accipiuntur de ſecunda miſſa eiuſdem.

In ſecundis autem veſperis huiuſmodi officii añt. Tecum principium. pſal. Dixit dominus, &c. capitulum. Ecce ſacerdos magnus, &c. de ſancto Silueſtro, poſtea fit cõm. de dominica antiphona. Dum medium ſilentium verſ. Verbum caro, oratio. Omnipotens ſcilicet deus dirige. deinde cõm. de natiuitate domini, & de omnibus aliis octauis per ordinem.

Feſtum ſancti Silueſtri veniens in dominica fit de eo, cũ cõm. dominicæ, in primis veſperis modo, vt ſupra proxime dictum eſt, & in matutino, nona lectio legitur de Omelia ipſius dominicæ, & in laudibus fit cõm. de eadem dominica, & poſtea de omnibus octauis.

Notandũ, ꝙ a feſto Natalis domini vſque ad circuncisionem eius incluſiue, in fine, hymnorum dicitur. Gloria tibi domine qui natus es, &c. preterquam in hy. Sanctorum meritis, & Iſte confeſſor, & non vltra, quamuis non nulle nouę Rubrice dicant vſque ad Epiphaniam, quæ non obſeruantur in Eccleſia Bononien. &

bene

bene quia poſt octauam Natalis domini, dicitur officium beatæ Marię, vſque ad vigiliã Epiphaniæ excluſiue, in quo in fine hymnorum dicitur. Gloria tibi domine, &c. & hymni feſtiuitatum .ſ. octauarum ſancti Stephani, ſancti Ioannis, &c. vſque ad vigiliam Epiphaniæ can tantur in tono proprio, tamen ad primam in verſi. Chriſte fili dei viui, dicitur. Qui natus es de Maria Virgine. vſque ad Epiphaniam, & ita habetur in Rubrica manualis ipſius Bonon. Eccleſiæ. In vigilia vero Epiphanię, hymni cantantur in tono de natiuitate Domini, & in fine eorum dicitur. Gloria tibi domine qui natus es, &c. & de hoc ibi habetur Rubrica ſpecialis quæ eſſet fruſtratoria, ſi ſupradicta moderna obſeruaretur. quod non eſt dicendum.

De menſe Ianuarii. Rubrica.

FEſtum Circunciſionis domini, octaua ſancti Stephani, ſancti Ioannis, ſanctorum Innocẽtũ, & vigilia Epiphaniæ domini, celebrantur ſicut in breuiario eſt ordinatum, etiam ſi venerint in dominica, abſque cõm. dominicæ. A feſto enim Circunciſionis domini vſque ad Epiphaniam, nulla eſt dominica quo ad officium, vt dictum eſt ſupra.

Si feſtum Epiph. dñi venerit in dñica, totũ officiũ dñicę infra octauã huiuſmodi feſti fit in ſequenti ſabbato, prout ordinatur in breuia-

rio,& in ſecundis veſperis iſtius ſabbati, a capitulo in antea fit de octaua epiphaniæ, cũ cõm. officii dominice, videlicet. antiphona. Fili quid feciſti nobis ſic Verſi. Reges tarſis. oratio Vota noſtra q̃s domine.

Si dies octaua Epiphaniæ venerit in ſabbato, in ſecundis veſperis octaue, a capitulo in antea fit de dominica prima poſt octauam Epiphaniæ, cum cõm. octaue prædictæ, & non fit cõm. de Apoſtolis, &c. nec de pace, & in completorio non dicuntur preces, quamuis ſequatur dominica, in qua ponũtur ſuffragia, & p̃ces

Notandum quod quando agitur officiũ de octaua cuiuſcunque feſti, cuius hiſtoria, in ipſo die feſti non fuit completa, ſicut in die Epiphaniç, in qua habentur xiii. Reſponſoria. prima die poſt feſtum, in qua fit de ipſa octaua, incipitur a ſecundo Reſponſorio hiſtoriç feſti, ſecũda die a tertio, & ita per ordinem donec omnia Reſponſoria compleantur, & completis omnibus, ſemper incipitur a ſecundo, præterquam in die dominica infra octauã, & in die octaue ipſius feſti, in quibus diebus, ſiue completis Reponſoriis, ſiue non ſemper incipitur a 1. Reſponſorio. Et ſi inter octauas celebrantur feſtiuitates ſanctorum, ſi occurrerint, fit ſolum de ſanctis ſituatis infra octauam, & non de præcedentibus, & ſi venerit feſtum in dominica exiſten. intra tales octauas, fit de octaua cõ cõm.

dominice, ſi ei erit locus, niſi fuerit feſtum duplex vel ſemiduplex, aut habẽs aliqua propria Reſponſoria, vel aliquam prærogatiuam, tunc enim fieret de feſto cũ com. dominice, & octaue, & licet inter ipſas octauas fiat de ſanctis etiã ſimplicibus tunc occurrentibus, nihilominus in prima, & completorio, non dicuntur preces, nec fiunt ſuffragia ſanctorum, nec de pace in ve ſperis, & matutino, & notandum eſt etiã quod quandocunque infra aliquas octauas, feſtiuitates ſanctorum celebrãtur, ſemper tam in veſperis, quam in matut. vltima cõm fit de ipſa de octaua, & quando fit de octaua officium antiphonæ, quę dicuntur in ſecundis veſperis feſti ſuper pſalmos dicuntur etiam ad veſperas per totam octauam, & ſimiliter ad magnificat. antiphona dicitur, ſicut in ſecundis veſperis ponitur, niſi alia propria aſsignetur, & inter octauã ſicut in feſto Epiphanię. In primis vero veſperis dei octaue illa aña dicitur, quæ eſt poſita in vigilia feſti, niſi particulariter alia aſſignetur.

¶ Si feſtum ſancti Antonii abbatis venerit in dominica, fit de eo, cum cõm. dominice, excepto, quod quando lxx. venerit ix. Calen. Martii, tũc in ipſo feſto nulla fit cõm. de dominica.

¶ Si feſtum ſanctorum Fabiani, & Sebaſtiani, sancti Agnetis ſanctorum Vincentii, & Anaſtaſii. Conuerſionis ſancti Pauli Apoſtoli, venerit in dominica ante lxx. in qua hiſtoria domi-

nice poſsit poni in ſequentem dominicam, vel iam ſit poſita, ſit de feſto, cum cōm. dominice. Sed aduertendum eſt, ꝙ quando ſeptuageſima venerit xii. Calendas Martii, tunc in illo anno nulla fit cōm. de dominica, q̄ cadit in feſto ſancti Agnetis, ut dictum eſt ſupra in Rubrica de numero dominicarum circa principium.

Notandū quod in feſto ſancti Agnetis, & etiam ſancti Agathe, & in aliis ſanctarum feſtiuitatibus, in quibus pſalmi ad matutinum dicuntur de communi martyrum in primis veſperis quādo officium agitur duplex de eis pſalmi dicuntur ſicut habētur in ſecundis veſperis, videlicet p̄s. Dixit dominus, Confitebor, Beatus, Laudate pueri, Lauda Hieruſalē dominū, & hoc ex ordinatione domini Gregorii papę xi.

De menſe Februarii. Rubrica.

SCiendum, ꝙ ſi feſtum purificationis beatæ Marię virginis, occurrerit in dominica ante ſeptuageſimam, fit officium de feſto cū cōm. dominicę. Si vero occurrerit in dominica ſeptuageſimę, vel ſexageſimę transfertur in ſecunda feriam, & in ſecundis veſperis dominice, omnia fiunt de Purificat. cum cōm. dn̄ice.

Feſtum ſancti Blaſii, ſi occurrerit in dominica ante ſeptuageſimam, fit de eo, cum com. dominice. occurrens vero in dominica ſeptuageſimę vel in alia ſequēti, trāsfertur in ſecūdā feriā & ſi feſtū Purificat. venerit in dn̄ica ſeptuageſimę

mæ vel ſexageſimæ, transfertur in tertiam feriã quia in ſecunda fit officium purificationis.

Notandũ, ꝙ quanuis feſtum Purificationis occurrens in dominica ſeptuageſimæ, vel ſexageſimę transferatur in ſequentem feriam vt dictum eſt, nihilominus in tali dominica, fit benedictio ſolemnis candellarum, & diſtributio earum, pulſantur campane & fit proceſſio more ſolito, propter deuotionẽ populi, & hoc ex ordinatione ſanctiſſimi domini Vrbani Papæ ſexti, anno domini 1389. in miſſa tamen accipiuntur indumenta huiuſmodi dominice conuenientia.

Feſtum ſanctę Agathe, vel aliud ſemiduplex ſi venerit in dominica ante ſeptuageſimam, fit de eo: cum cõm. dominice: pręterquam in illo anno, in quo dominica ſeptuageſimę venerit xi. Calen. Martii, quia tunc nulla fit cõm. de dominica, quę cadit in feſto ſanctę Agathę. Si vero in dominica ſeptuageſimę vel in alia ſequenti, aut in die cinerum, venerit feſtum vt ſupra, transfertur in ſequentem feriam.

Si feſtum Cathedre ſancti Petri Apoſtoli ſancti Mathię Apoſtoli venerit in dominica, vel in feria iiii. Cinerum transfertur in ſequentem feriam. Et nota quòd in anno bixeſtili, qui erit de anno. 1524. & vltra, ſemper de 4. annis, in quatuor annos, feſtũs. Mathię non celebratur 24. Feb, ſed 25. & tũc mẽſis Feb. habet die 29.

 No-

Notandum quod in quibuſcunque feſtiuitatibus, quæ celebrantur in quadrageſima, tam in veſperis quam in matutinis, ſemper fit cõm. de feria occurrenti, & nona lectio legitur de Omelia ipſius feriæ, ſi habetur.

De Menſe Martii Rubrica.

SI feſtum ſancti Gregorii ſancti Ioſeph, Annuntiationis beatę Mariæ Virg. venerit in dominica, transfertur in ſecundam feriam Si vero feſtum Annuntiationis, vel aliud quantumcunque duplex & ſolẽne ſit, occurrerit in cena domini, vel in ſequentibus diebus, vſquę ad dominicam in albis incluſiue, transfertur in ſecundam feriam poſt dominicam in albis, & tunc in ſecundis veſperis dominice, omnia fiũt de feſto duplici, abſque cõm. dominice, & ſi occurrerit feſtũ proprie Eccleſię, vel aliud quãtũcũque ſit ſolẽne infra hebdomadam paſce, vel Penteccoſtes, nõ fit officium de eo, ſed transfertur, vt ſupra, quia officium fit de paſca, vel de pentheccoſte, ſicut ordinatur in breuiario tunc temporis, & non aliter, tamen propter deuotionem populi, pulſantur campane, ornatur eccleſia, eccenduntur luminaria, ſicut in officio duplici, induuntur ſacerdotes paramentis, ſiue veſtibus ſolẽnibus, duplicantur antiphonę in veſperis & matutinis, ſi publice, & ſolẽniter celebrantur, & hoc ſolũ in choro, etiam ſi alias non eſſent duplicande, & omnia alia fiunt quæ pertinent

tinent ad huiuſmodi ſolẽnem celebritatem, prę ter officium proprium ipſius feſti, quod totaliter transfertur vt dictum eſt in ſequentem ſecundam feriam, & celebratur cũ omnibus ſuis prærogatiuis, quanuis ſit translatum, & ſimiliter obſeruatur in quibuſcunque, feſtiuitatibus quę transferuntur. nunquam enim feſtum translatum amittit ſuam prętogatiuam quo ad celebrationem officii.

De menſe Aprilis Rubrica.

SI feſtum ſancti Marci Euangeliſte venerit in dominica in albis, vel infra hebdomadã paſce transfertur in ſecundam ſequentẽ feriã. Si vero occurrerit in dominica ſecunda poſt paſca, vel in alia ſequẽti, fit de feſto cum cõm. dominicę dummodo hiſtoria dominice ponatur in alia dominica ſequenti, ſeu præcedenti, & ſimiliter ſit ſi occurrerit aliud feſtum ſimile, vel ſemiduplex.

De Menſe Maii Rubrica.

SI feſtum ſanctorum Iacobi, & Philippi apoſtolorum, Inuentionis ſancti Crucis, ſancti Ioannis Apoſtoli, ante portam latinam, Apparitionis ſancti Michaelis, vel feſtum ſemiduplex venerit in dominica, fit de feſto, cũ cõm. dominice & hoc ſi hiſtoria dominice poſsit poni in ſequentem dominicam, vel iam ſit poſita: Si vero occurrerit in feſto Aſcenſionis domini, transfertur in ſequentem diem, & in ſe-

cundis veſperis Aſcenſionis ſit tantum cõm. de feſto huiuſmodi ſequenti, etiam ſi eſſet feſtum duplex maius occurrens in ipſa die Aſcen. vel in craſtino eiusdem. Si vero in vigilia Aſcenſ. vel pẽthecoſtes, occurrit ſimile feſtũ, veſpere dicuntur de feſto ſequenti ſcilicet de Aſcen. vel penthe. cum cõm. ſolum de ipſo feſto dup. pręcedenti. Si autem feſtum vt ſupra, venerit in dominica infra octauam Aſcenſionis, fit de feſto, cum cõm. dominice, & octauę, & ix. lectio legitur de omelia ipſius dominice infra octauã, & ſi occurrerit in die octauę aſcenſionis feſtum duplex fit de eo, cum cõm. ipſius octauæ. Si uero occurrerit feſtum ſemiduplex, transfertur in ſequentem diem, & tunc in ſecundis ueſperis octauę aſcenſionis, a capitulo in antea fit de huiuſmodi feſto niſi ſequeretur feſtum duplex, quia tunc fieret totaliter de feſto duplici, cum cõm. tamen octauę, ex regula ſpeciali, & feſtũ ſemiduplex transfertur in diem ſabbati, & nona lectio legitur de omelia uigilię Pentecoſtes in celebratione huiuſmodi, uel alterius ſancti.

De Menſe Iunii Rubrica.

SI feſtum ſancti Proculi Bononienſis martyris eiusdem ciuitatis protectoris, quod ſemper occurrit die prima Iunii venerit in dominica, ſit de feſto, cum cõm. dominice. niſi venerit in dominica prima poſt Pentecoſten, in qua ſemper celebratur feſtum ſanctiſsimę Trinitatis, vel infra hebdomadam Penthecoſtes,

tunc enim transfertur in ſecundam feriam im-mediate ſequentem dictam primam dominicã.

Feſtum ſancti Barnabe Apoſtoli, ſi venerit in dominica, fit de eo, cum com. dominice niſi venerit in dominica Trinitatis, vel infra hebdomadam Pentecoſtes, tunc enim transfertur in ſecundam feriam, & in ſecundis veſperis Trinitatis, fit tantum commemoratio de eo, de dominica autem, in ipſis ſecundis veſperis nulla fit memoria, quia ſequitur feſtum duplex.

Feſtum corporis Chriſti ſemper celebratur prima quinta feria poſt dominicam Trinitatis ſcilicet primam poſt Pentecoſten, per octo dies ex ordinatione ſanctiſsimi domini Vrbani papæ quarti, anno domini 1263. cuius officium mandato præfati Vrbani cõpoſuit ſanctus Thomas de Acquino, ordinis prædicatorum. Quod officium, tam celebrantibus, quam intereſſentibus celebrationi eiuſdem, in eccleſiis publicis, in primis veſperis, in matutino, in miſſa, & in ſecundis veſperis ipſius feſti, conceduntur pro quolibet ipſorum dies quadringenti de indulgentia. In ſingulis autem aliis officiis, ſiue horis, dies centum ſexaginta pro qualibet earum. infra octauam vero, & in die octauæ eiuſdem, tam celebrantibus horas canonicas, & miſſam, quam intereſſentibus eisdem ſingulis horis, & miſſæ, pro qualibet ipſarum, dies quadrigenti, vt in bullis præfati domini Vrbani quarti. Clementis

 mentis

mentis quarti, Martini quinti, & Eugenii quar ti, ſummorum pontificum continetur, quæ regi ſtrate habentur in legendariis Eccleſię Bonon. & in fine hymnorum dicitur. Gloria tibi domi ne qui natus es de virgine, & ſimiliter in verſicu lo ad primam. Chriſte fili dei viui dicitur. Qui natus es de Maria Virgine. per totam octauam etiam ſi de alio feſto agatur officium. De dominica autem, quę occurrit in fra octauam, fit tantum com. in veſperis, & matutinis, & ix. le ctio legitur de Omelia ipſius dominicę.

Notandum quod ſi aliquod feſtum duplex quantūcūque ſit ſolēne, venerit in vigilia Corporis Chriſti veſpere fiunt totaliter de corpore Chriſti, cum cōm. tantum de feſto pręcedenti. Si vero occurrerit in ipſa die corporis Chriſti, transfertur in ſextam feriam, & in ſecundis veſperis corporis Chriſti, fit ſolum com. de ipſo feſto duplici. ſic translato, vel in ipſa vi. feria oc currente, etiam ſi eſſet feſtum ſancti Io. Baptiſtę. Si autem aliud. feſtum duplex, vel ſemiduplex, vt feſtum ſanctorum Ioannis, & Pauli, ꝙ habet aliqua propria Reſponſoria, & antiphona, &c. aut aliud ſemiduplex populare, occurrerit infra dictam octauam, fit de feſto, cū com. octauæ. Si vero venerit feſtum duplex in ipſa die octauę transfertur in ſequētem diem, & tūc in ſecūdis veſperis diei octauę, a capitulo in antea fit de ipſo feſto duplici ſequenti, pręter feſtum

ſtum ſancti Io. Baptiſtę Apoſtolorum Petri, & Pauli quod ſi occurrit in dicta die octauæ; ſit de feſto, cum com. ipſius octauę, & ſi prædicta feſta ſancti Io. Baptiſtę Apoſtolorum Petri, & Pauli, & feſtum Viſitationis Virginis Mariæ, venerit in craſtino dictæ octauæ, in ſecundis veſperis eiuſdem octauę, omnia fiunt de huiuſmodi feſto ſequenti, cum com. ſolum de octaua. Et ſi feſtum ſanctorum Ioannis & Pauli contigerit in die vltimo octauarum corporis Chriſti transfertur in diem ſequentem.

Si feſtum ſancti Ioannis Baptiſtę venerit in dominica, fit de eo, cum cõm. dominice, vel ſine com. dominice, iuxta Rubricã. Quãdo ſunt 25. dominice inter Penthecoſten, & aduentũ, vt ſupra. Et ſimiliter ſi feſtum ſanctorum Ioannis, & Pauli, ſancti Leonis papæ, venerit in dominica, fit de feſto, cum com. dominice; ſi ipſi dominice competat locus, & octauę ſancti Ioãnis Baptiſtæ, quæ erit vltima.

Feſtum Apoſtolorũ Petri, & Pauli, & commemoratio ſancti Pauli ſi venerit in dominica fit de feſto, com. dominice ſi ei erit locus, iuxta diſpoſitionem Rubricæ ſupra proxime allegatæ, abſque tamen com. ſancti Ioannis Baptiſtæ In his autem duabus feſtiuitatibus nõ fit cõm. de octaua ſancti Io. Baptiſtæ, In alijs uero feſtiuitatibus duplicibus, quæ celebrãtur infra alias octauas feſtiuitatũ totius anni, ſemper fit cõm. de

de ipſa octaua in vtriſque veſperis, & matutino præterquam in feſto aſſumptionis beatæ Mariæ virgi. in quo non fit com. de ſancto Laurentio in vtriſque veſperis, & matut.

Notandum q in ſecundis veſperis commemorationis ſancti Pauli Apoſtoli a capitulo in antea fit de octaua ſancti Ioãnis Baptiſtæ, & antiphona ad magnificat ſcilicet: Ingreſſo Zacharia templum duplicatur ratione feſti cõmemorationis S. Pauli, & hoc ex Regula particulari.

De menſe Iulii Rubrica.

NOtandum quod ſi octaua ſancti Ioannis Baptiſtæ venerit in dominica, fit de ea, cũ cõmemoratione dominice, & Apoſtolorum, & aliquando celebratur ſine commemoratione dominice, iuxta ordinem Rubricæ quando ſunt 25. vel 26. dominice, inter Penth. & aduentum. Si vero octaua corporis Chriſti occurrerit in ipſa octaua ſancti Ioannis, fit de octaua Corporis Chriſti, cum com. octauæ ſancti Ioannis, & Apoſtolorum. Et ſimiliter ſi octaua Corporis Chriſti occurrerit in feſto commemorationis ſancti Pauli, feſtum ſancti Pauli, transfertur in diẽ octauę ſancti Ioannis Baptiſtę, & tũc in ipſa die fit de feſto commemorationis ſancti Pauli, cum cõmemoratione octauę ſancti Ioãnis, & hoc quia in ſequentem diem non poteſt transferri ipſa octaua, propter feſtum Viſitationis ſanctę Marię virginis.

Feſtum

Feſtum Viſitationis beatę Mariæ virginis ad Heliſabet, ſemper celebratur die ſecunda Iulii, ex ordinatione domini Vrbani papę ſexti, & p octo dies, cum com. Apoſtolorum in veſperis & matutinis, vſque ad octauam eorum, & non fit de aliquo feſto, niſi de octaua apoſtolorum, quę eſt duplex, & eedem indulgentię conceſſe ſunt in officio huius feſti per dominum Bonifacium papam nonum, quę conceduntur in officio corporis Chriſti, prout in bulla ipſius domini Bonifacii cõtinentur anno domini 1391. ſui vero pontificatus, anno primo, & fit officiũ de natiuitate eiuſdem beatę Virginis, mutando nomen natiuitatis, in nomen viſitationis, pręter lectiones, quę leguntur de priuilegio pręfati Bonifacii, vel de ſermone venerabilis Bede presbyteri, & tres vltime de omelia ſcilicet Ambroſii Epiſcopi, ſuper euangelium. Exurgens Maria, quod habetur in ſexta feria quatuor tẽporum de aduentu, & in reſponſoriis ad matutinum vbi dicitur. Hodie nata eſt beata virgo Maria: dicatur. Hodie viſitauit Heliſabeth, beata virgo Maria, & ita facit eccleſia Bonon. De dominica autem, quæ occurrit in ipſa die feſti, vel infra octauam, ſeu in die octauæ, fit ſolum com. in veſperis & matut. & ix. lectio dicitur de Omelia dominicę, & hoc quãdo dominica habet locum, vltimo de apoſtolis.

Notandum quod de octaua Apoſtolorum

Petri, & Pauli, fit quottidie, ſecundum morē Eccleſiæ Bonon. a ſequenti die poſt feſtum viſitationis, vſque ad octauam eorum de per ſe, cum com. Viſitationis in veſperis, & matutinis quanuis conſtitutio domini Bonifacii papę ix. & Sixti quarti, ſuper ordinatione feſti Viſitationis, dicat in contrarium; & hoc quia feſtū Apoſtolorum Petri, & Pauli apud nos Bonon. eſt duplex principale, & celebratur hoc modo videlicet.

Infra octauam Apoſtolorum, omnia dicuntur de communi Apoſtolorum, pręter antiphōnas ad benedictus, & ad magnificat ſcilicet Glorioſi principes terrę, & Petrus apoſtolus, & orationem. Deus qui hodiernam diem; & ſex lectiones, quę leguntur de ſermone ſancti Maximi Epiſcopi ſcilicet Glorioſiſsimos Chriſtianæ fidei principes, qui habetur in breuiariis antiquis, nec non in quibuſdam impreſsis de anno 1481. tempore domini Sixti papę quarti vltime tres dicuntur de omelia communi Apoſtolorū m. Illi vero qui non habent ſermonem ſcilicet. Maximi, dicant omnes lectiones, etiam de communi Apoſtolorum, hymni cantantur in tono proprio; & in fine eorum non dicitur. Gloria tibi domine qui natus es; quanuis ſit infra octauam Viſitationis beatę Mariæ virg. (nō enim octaua apoſtolorum cedit in aliquo octaue Viſitationis) tamē ad primam in Verſ. Chri

ſte fili dei, dicitur. Qui natus es de Maria virgi ne, & hoc ex Regula ſpeciali Eccleſiæ Bonon.

Miſſa in fra octauam Apoſtolorum Petri, & Pauli dicitur de communi apoſtolorum, præter orationes: Deus qui hodiernam diem, &c. cum commemoratione Viſitationis.

In die octauę Apoſtolorum, omnia dicuntur etiam de communi apoſtolorum, præter orationem, & lectiones, quæ habentur per ordinē in breuiario loco ſuo, & antiphonas in vtriſq; veſperis ad magnificat, & in matutino ad benedictus videlicet in primis veſperis, & matutino dicitur antiphona. Glorioſi principes terrę, & in ſecundis veſperis. antiphona. Petrus apoſtolus. & fit com. de Viſitatione, & ſi ipſa octaua venerit in dominica fit de ea, cū com. dominicę ſi ipſi erit locus, iuxta Rubricam de dominicis, quæ veniunt inter Penth. & aduentum, & viſitationis, quæ erit vltima com. in primis veſperis, & in matutino. In ſecundis vero veſperis, poſt orationem de Apoſtolis ſequitur com. de viſitatione beatæ virginis Mariæ, quia in ſequenti fit de ea, deinde de dominica.

Notandum quod die octaua Iulii eſt conſecratio Eccleſiæ Bononiēſis, quam ſanctiſsimus dominus Lucius papa tertius, anno D. 1184. ſui vero pontificatus anno tertio, præſentibus Reueren. D. Cardinalibus, & Reuerendo dño epiſcopo Bonon. ſolēniter, in honorem, & ad memoriā

memoriam glorioſiſsimi principis Apoſtolorũ beati Petri. vna cum altare maiori publice conſecrauit, quod feſtum conſecrationis huiuſmodi per totam ciuitatem, & dioceſim Bonon. à Chriſti fidelibus ſub duplici, & maiori feſto; Reuerendus in Chriſto pater dominus Raynaldus de gratianis Archiepiſcopus Raguſinus Reuerendiſsimi in Chriſto patris, & Domini D. Achillis de Graſsis S. R. Ec. tit. S. Mariç Tranſtiberim presbyteri Cardinalis, Epiſcopi Bon. & principis digniſsimi, eiuſque curiæ epiſcopalis inſpiritualibus, ſuffraganeus, & vicarius generalis, ſacra approbante ſynodo celebrata in Eccleſia prædicta Bonon. die Veneris 13. Iunii 1522. celebrandum inſtituit, cum com. tamen Viſitat. beatæ Mariæ virg. in vtriſque veſperis & matutinis, ac in miſſa. In qua etiam die idem Reuerendus dominus Raynaldus ad maiorem decorem præfate feſtiuitatis, auctoritate præfati Reuerendiſsimi domini Cardin. & Epiſcopi Bonon. tranſtulit omnes, & quaſcunque conſecrationes Eccleſiarum, & altarium ciuitatis, & dioceſis Bonon. de quibus infra annum nulla fit ſpetialis feſtiuitas, & cõmemoratio, cum omnibus, & quibuſcũque ſuis priuilegiis, & indulgentiis, & ordinauit, ac mandauit, etiam ſacroſancta approbãte ſynodo, quod eas in die conſecrationis Eccleſiæ Bonon. prædictæ celebrari debeant, & celebrentur ſub titulo, & nomine

mine conſecrationis eccleſię Bonõn. cum omnibus earum prærogatiuis, & vt præfatum feſtum obſeruantes maiori indulgentiarum gaudeant priuilegio, conceſsit omnibus, tam celebrantibus officium huiuſmodi conſecrationis, quam viſitantibus eccleſiam prædictam Bon. ſeu aliam, in qua ipſo die, prædictum feſtum celebrabitur, ac intereſſentibus celebrationi eiuſdem, vltra indulgentias tam per præfatum Lucium papam, quam per alios põtifices quoſcunque, in huiuſmodi conſecrationibus conceſſas dies quadraginta de vera indulgentia in forma eccleſię conſueta, prout in bulla per pręfatum Reuerendum dominum Archiepiſcopũ de ſuper confecta continetur. Data in Synodo die quo ſupra.

Si feſtum ſanctæ Marię Magdalene, quod eſt ſemiduplex, feſtum ſancti Iacobi Apoſtoli, & ſanctę Annę, quæ ambo ſunt duplicia venerit in dominica fit de eis, cum commemoratione dominice.

De Menſe Auguſti Rubrica.

FEſtum ſancti Petri ad vincula, & ſanctæ Mariæ ad Niues, ſi venerit in dominica fit ſemper de feſto, cum cõm. dominice.

Si feſtum inuentionis ſancti Stephani venerit in dominica, transfertur in diẽ ſequentem.

Feſtum ſancti Dominici confeſſor protector Bonon. quod eſt ſemiduplex, & occurrit in die

ſanctæ Mariæ ad Niues, transfertur ſemper in diem ſequētem, ex ordinatione domini epiſcopi Bonon. etiam ſi eſſet dies dominica, & tunc tam in veſperis quam in matutinis fit cōm. de dominica, & ix. lectio legitur de omelia dominicæ.

Si feſtum ſancti Laurentii, & Aſſumptionis beatę Marię virginis, venerit in dominica fit sẽper de feſto, cum com. dominice, ſi dominica in ipſis feſtiuitatibus tunc habeat locum, propter quod vide Rubricam de dominicis quæ veniunt inter Penth. & aduentum, quæ habetur ſupra in Rubrica de numero dominicarū. De dominicis autem quę occurrunt infra octauam ipſarum feſtiuitatum, vel in die octauę earum fit ſolum com. modo ut alias dictum eſt, ſi eis erit locus, iuxta diſpoſitionem Rubricę hic ſupra allegate.

Notandum quod ſi in dominica exiſtente inter feſtum ſancti Laurentii, & Aſſumptionis occurrerit aliquod feſtum nihil tunc fit de eo ſed omnia fiunt de ſancto Laurentio.

Infra octauam aſſumptionis beatę Mariæ nō ſit de aliquo alio feſto, niſi de ſancto Laurentio hoc modo videlicet in ſequenti dię poſt feſtum Aſſumptionis fit de octaua Aſſumpt. beatę Marię, cum com. ſancti Laurentii in matutinis, & in miſſa, in ſecundis autem veſperis ipſius diei vſque ad capitulum fit de aſſumptione & a ca-

pitulo

pitulo in antea fit de ſanct. Laurentio, cũ cõm. Aſſumptionis.

In octaua ſancti Laurentii, omnia dicuntur ſicut in feſto eius, exceptis verſiculis poſt antiphonas noctur. qui non dicuntur, & præter miſſam, quæ habetur ſpecialis in miſſali in ipſa die octauæ, & fit cõm. de Aſſumpt. beatæ Vir. & hymni cantantur in tono beatę Mariæ Virg. & in fine eorum dicitur. Gloria tibi domine qui natus es de virg. & ſi dicta octaua venerit in dominica, prima com. erit de dominica poſt orationem ſancti Laurẽtii, ſi ipſi dominice fuerit locus, deinde de octaua Aſſumptionis tam in primis veſperis quam in matut. huiuſmodi octauæ, in ſecundis autem veſperis vſque ad capitulum fit de ſancto Laurentio, & a capitulo in antea de Aſſumptione beatę Virg. deinde fit com. de ſancti Laurentio, poſtea de dominica, ſi ipſa octaua venerit in dominica, & ipſi dominice erit locus.

Feſtum ſancti Bernardi abbatis quo ad officium, fit ſemper in craſtinum octauæ Aſſumptionis niſi poſt octauam immediate ſequeretur dominica.

Feſtum ſancti Bartholomei, quod celebratur 24. Auguſti. Feſtum ſancti Auguſtini, Decollationis ſancti Ioannis Baptiſtæ, ſi venerit in dominica, ſemper fit de eis, cum com. dominice in vtriſque veſperis, & matutinis, & ix. le

ctio legitur de omelia dominice, Et notandum quod in primis veſperis Decollatiōis ſancti Ioānis baptiſtę, quando eius feſtum occurrit in dominica, pro com. ipſius dominice dicitur antiphona. Cum audiſſet Iob. quanuis hiſtoria Iob ponatur in ſequentem dominicam exordinatione domini Vrbani papæ vi. anno dn̄i 1389.

De Menſe Septembris Rubrica.

NOtandum, quod ſi calende Septembris ſcilicet prima die ipſius menſis, venerit in dominica, in ipſa dominica ponitur hiſtoria Iob. ſecunda dominica, & tertia dominica fit officium natiuitatis beatæ Mariæ virg. cum commemoratione dominicarum, & ix. lectio legitur de omelia dominice, quarta dominica ponitur Thobias. feria quarta proxima ſequēti ponitur Iudith, ſabbato ponitur Heſter.

Si calende venerint die lune, dominica prima videlicet, vltima Auguſti, ponitur hiſtoria Iob ſecunda Thobias, tertia fit officium exaltationis ſanctæ Crucis, cum com. dominicæ, & octauæ Natiuitatis beatæ Mariæ Virg. quæ erit vltima com. & hymni ad horas cantantur in tono de beata virg. & in fine eorum dicitur. Gloria tibi domine qui natus es. Secus autē ad veſperas, & ad matut. & ad laudes, quia cantantur in tono proprio. & in verſic. Chriſte fili dei, ad primam, dicitur. Qui natus es de Maria virgine. Et nota, quod in primis veſperis ſanctæ Cru

cis

cis, quãdo calende veniunt die lunæ vt dictum eſt ſupra, pro com. dominice dicitur antiphona: Omni tempore, & in ſecundis veſperis a capitulo in antea fit de octaua natalis beatæ Mariæ virg. & antiphona ad magnificat ſcilicet Glorioſæ virg. Mariæ ortum duplicatur ratione feſti ſancti crucis, & hoc ex regula ſpeciali, & fit com. de dominica vltimo loco ſi calen. venerit vt ſupra quarta dominica fit de ſãcto Matheo apoſtolorum, cum cõm. dominice alia rubrica in contrarium non obſtan. dicente prędictum feſtum in ſecundam feriam transferri debere, quę per dominum Bonifacium papam octauum fuit abrogata, qui ſtatuit, quod deficiẽtibus dominicis ad hiſtorias dominicales huius menſis, propter occurrentia feſta due vltime hiſtorie, vel altera earum, ponerentur in vltima, vel in penultima hebdomada, diebus magis congruentibus, eo ꝙ tales hiſtorie non ſunt complete hanc determinationem reperies in quodam Rubricario publicato, & confirmato in concilio Baſilienſi, de anno 1435. die 16. Ianuarii, & in primis veſperis ſancti Mathei ꝑ com. dominice, dicitur antiphona Adonai, quãuis hiſtoria Iudith ponatur infra hebdomadã. Feria quarta ſequenti, ponitur hiſtoria Iudith, & in veſperis eiuſdem ferię quartæ ad magnificat, dicitur antiphona. Memento domine, quę habetur immediate poſt dictã hiſtoriã Iudith,

quia in ſequenti fit officium feriale. Feria vi. ponitur Heſter.

Si calēde venerint die martis. Dominica prima ſcilicet vltima Auguſti, ponitur hiſtoria Iob, ſecunda Thobias, tertia dominica fit officium Natiuitatis beatæ Mariæ virg. cum cōm. dominice, & in primis veſperis antiphona pro dominica, erit de Thobia videlicet: Omni tempore, quarta dominica ponitur Iudith. quinta Heſter. Sed aduertendum eſt, ꝙ ſecundum ordinationem domini Epiſcopi Bonon. in iſta dominica quinta fit de ſanctis Coſmo, & Damiano, cum com. dominice, & feria ſecunda ponitur Heſter.

Si calende venerint die mercurii prima dominica fit de Decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ, cum cōm. dominice, alia rubrica in contrarium non obſtante, dicente, feſtum Decollationis ſancti Ioan. Bap. transferri, debere in ſecundam feriam, quæ non ſolum per Do. Bonifacium viii. fuit ab rogata, vt dictum eſt ſupra, ſed etiam per D. Vrbanum vi. qui annò ſui pontificatus xii. decreuit fieri debere de ſancti Ioanne, & hiſtoriam Iob in ſequentem dominicam poni, & tunc in primis veſperis ſancti Ioānis, pro dominica, dicitur antiphona. Cū audiſſet Iob, vt dictum eſt ſupra in fine Rubrice menſis Auguſti, ſecunda dominica ponitur hiſtoria Iob, & in primis veſperis eiuſdem do-

minice ad magnificat, dicitur antiphona. In omnibus his. Tertia dominica fit de Natiuitate beatæ Mariæ virg. cum com. dominicæ. Quarta ponitur Thobias. Quinta Iudith, feria tertia Heſter.

Si calende venerint die Iouis dominica prima ponitur hiſtoria Iob, ſecunda fit officium de Natiuit. beatæ Mariæ virg. cum com. dominice tertia ponitur Thobias quarta Iudith, feria quarta Heſter.

Si calende venerint die Veneris, dominica prima ponitur hiſtoria Iob. ſecunda fit officiũ de Natiuit. beatæ Mariæ virg. cum com. dominice. tertia ponitur Thobias. quarta iudith, feria quinta Heſter.

Si calende venerint die Sabbati. prima dominica ponitur Iob. ſecunda fit da Natiuit. beatæ Mariæ virg. cum com. dominice, tertia ponitur Thobias, quarta Iudith; feria ſexta Heſter, & ſic obſeruat eccleſia Bonon.

Si feſtum ſancti Michaelis Archangeli, & ſancti Hieronymi presbyteri venerint in dominica fit ſemper de feſto, cum com. dominice.

De Menſe Octobris Rubrica.

Feſtum ſancti Petronii Epiſcopi Bonon. & confeſſ. præcipui protectoris almæ Ciuitatis Bonon. quod occurrit 4. Octobris, ſolẽniter ſub duplici, & maiori feſto ab omnibus p̃ Ciuitatem, & totam diœceſim Bonon. celebre-

tur ex inſtitutione D. Henrici Epiſcopi Bon: anno domini 1141.et debet fieri officiũ proprium per octo dies, ex ordinatione Reuerendiſs. in Chriſto patris domini Achillis de Graſſis S. Ro. Eccleſiæ tit. tunc Sancti Sixti presbyteri Card. Epiſcopi Bonon. & principis digniſſimi, quod officium, & etiam propriã miſſam tam celebrantibus, quam celebrationi eiusdem intereſſentibus in feſto eiuſdẽ, & quolibet die infra octauam, & in die octauæ, conceduntur die. 140. de indulgentia pro qualibet hora canonica, & miſſa cuiuslibet diei, prout in bulla per præfatum dominum Card. & Epiſcopum Bonon. de ſuper confecta continetur. Data ſub die x. Septembris 1514 & infra octauam non fit de aliquo feſto, de dominica autem occurrẽte infra octauam. ſancti Petronii vel in die octauæ, ſeu in ipſa die festi, ſit tantum com. in veſperis, & in matut. & ix. lectio legitur de omelia ipſius dominicæ.

Festum ſancti Frãciſci quod est ſemiduplex, & occurrit die quarta Octobris, transfertur in diem ſequentem immediate post octauam ſancti Petroni, niſi eſſet dies dominica, tunc enim transfertur in ſecundam feriam, & in ſecundis veſperis dominicæ, a capitulo in antea fit de S. Franciſco, cum com. dominicæ, & hoc ex ordinatione domini epiſcopi Bonon.

Si feſtum ſanctæ Lucę Euangelistę, ſancto-

rum

rũ Simonis & Iude Apoſtolorũ venerit in dominica, fit de feſto, cum cõm. dominice.

Si feſtũ xi. miliũ Virginũ, & martyrũ venerit in dominica, transfertur in ſecundã feriã.

De Menſe Nouembris. Rubrica.

SCiendum eſt, quod ſi feſtum omnium ſanctorum venerit in dominica, fit de feſto abſque cõm. dominice, etiam ſi illo anno nulla dominica eſſet dimittenda, & tunc officium dominice quo ad miſſam tantum, celebratur in vltima hebdomada ante aduentum, videlicet, officium vltimæ dominice in ordine dominicarum inter penthe. & aduentum.

Notandum, ꝙ ſi feſtum omnium ſanctorum venerit in Sabbato, officium omnium fidelium defunctorum celebratur in ſecunda feria, & antiphonæ in veſperis, & matutinis duplicantur. ex ordinatione domini Vrbani papæ. vi.

Si feſtum ſanctorũ Vitalis, & Agricolę martyrum Bonon. ſancti Martini Epiſcopi, Dedicationis Baſilice Saluatoris Romæ, Conſecrationis baſilicarum Petri, & Pauli Apoſtolorum Romæ, feſtum ſanctę Cecilie ſancti Clementis, & ſanctæ Catharine venerint in dominica, ſit feſto, cum cõm. dominice dummodo hiſtoria dominicalis huius menſis Nouembris ponatur in vna ex dominicis ipſius menſis. Sed notandum eſt, ꝙ quando calẽde Nouembris venerint die Iouis, feſtum ſanctæ Catherine transfertur in ſecundam

cundam feriam, & in ipſa dominica ponitur hiſtoria dominicalis menſis Nouembris, quia in prima dominica fit de S. Vitale, & Agrigola, quorum feſtum apud nos Bonon. eſt duplex maius fecunda fit de ſancto Martino, tertia fit de dedicatione Baſilicarum Petri, & Pauli, & hoc ſecundum morem Eccleſię Bonon.

Sequuntur Rubrice, & declarationes ſuper officio miſſe, ſecundum ordinem Ro: curiæ, & morem Bononienſis Eccleſiæ.

De Gloria in Excelſis Deo Rubrica.

GLoria in excelſis deo. dicitur ſemper in miſsis officii ſingulorum dierum, in quo in matutinis dictum eſt. Te deum laudamus, & non alias, niſi die Iouis ſancta, & ſabbato ſancto, in quibus duobus diebus ſemper dicitur Gloria in excelſis deo. licet in matutinis. Te deum laudamus, non dicatur. In miſsis autẽ votiuis quibuſcunque, & in vigiliis feſtiuitatũ quando miſſa celebratur de vigilia, nunquam dicitur. Gloria in excelſis deo, pręterquam in vigiliis Epiphaniæ domini, Aſcenſionis eiuſdẽ & Penthecoſtes, in quibus tribus vigiliis ſi Miſſa agitur de vigilia, ſemper dicitur Gloria in Excelſis deo, ad miſſam.

De

De ordine dicendi Orationes in Miſsis, per totum annum Rubrica.

SCiendum, ꝙ a prima dominica de aduentu uſque ad vigiliam Natalis domini excluſiue, poſt orationē diei dicitur oratio Deus qui de beatæ Mariæ, & oratio. Eccleſiæ tuæ, vel Deus omnium fidelium paſtor, vltimo loco, & hoc quando agitur officium de dominica, vel de feria, quando vero agitur officium ſimplex, vel ſemiduplex de ſanctis, poſt orationē de ſancto dicitur oratio de dominica tunc proxime præterita, ſiue de feria, ſi fuerit in quatuor tēporibus, & poſtea de dominica ſcilicet Deus qui de beatæ Mariæ. Si autem agitur officium duplex poſt orationē diei ſcilicet de ſancto duplici, dicitur tantum oratio de dominica aduentus, tūc proxime præterita vel de feria, & ſi fuerit feria quarta, vel ſabbato, prima oratio, quæ poſt introitū illius feriæ poſita eſt, dicitur pro eiuſdem ferię cōm. Sed notandum eſt, ꝙ ſecundum morem Eccleſię Bonon. quando agitur officium duplex vel ſemiduplex in quatuor temporibus, in miſſa maiori, omnia dicuntur de feſto duplici abſque cōm. feriæ, & hora nonę dicitur miſſa de feria abſque cōm. feſti, & hoc ſolum in choro, extra vero chorum miſſa ſemper dicitur de feſto, cum cōm. ferię vt ſupra. Si autem in quatuor temporibus occurrerit feſtum ſimplex, miſſa dicitur de feria cum cōm. fe-

ſti!, & tertio loco de dominica, vel de vigilia ſi fuerit in vigilia ſancti Thomæ.

Notandum, ꝙ ſi quis vellet dicere orationẽ pro defunctis in miſſa de tempore, vel de feſto poſt orationem diei dicat immediate orarionẽ pro defunctis, deinde dicat aliam competentem, videlicet ſi miſſa dicitur de feſto, & fit in iſto tempore aduentus, pro tertia, dicitur oratio de dominica, & dimittitur oratio de dominica, niſi talis vellet dicere quinque orationes, quia tunc quarta erit pro defunctis, & quinta Eccleſiæ tuæ, vel alia ſimilis ad libitũ, ita quod ſemper cõm. pro defunctis in miſsis feſtiuis, vel ferialibus, aut votiuis debet eſſe penultima.

In feſtiuitatibus duplicibus vna tantum oratio dicitur in miſſa, niſi neceſſario plures eſſent dicẽde, ſicut infra octauam Natalis domini, vel ſi dictum feſtum duplex celebratur in dominica, vel in quatuor temporibus, & in quadrageſima, in quibus diebus ſiue temporibus habetur miſſa propria, quia tunc poſt orationem de feſto dicitur oratio de dominica, vel de ipſa feria tunc occurrente, niſi ſpecialis miſſa de dominica, vel de ipſa feria celebretur in choro ad altare maius, & tunc quelibet miſſa dicitur ſiue cõm. alterius. In miſsis vero priuatis, quæ dicuntur extra chorum, & in eccleſis in quibus nõ habetur niſi ſolus ſacerdos, ſemper fit commemoratione de ipſa dominica, vel fer ia.

In die octaue Innocentum. In vigilia Epiphanię, & infra octauam Epiphanię, videlicet a prima die poſt feſtum epiphanię vſq; ad octauam incluſiue, poſt orationem diei, dicitur oratio Deus qui ſalutis ęternę, de dominica, & oratio. Eccleſiæ tuæ' In dominica vero in fra octa. ſiue in officio ipſius dominice, poſt orationem dominice dicitur oratio; de epiphania, & pro tertia dicitur. Deus qui ſalutis, &c.

Notandum eſt igitur, quod ſemper infra octa. quaruncunque feſtiuitatum totius anni tres orationes dicuntur in miſſa videlicet, poſt orationem de octa. dicuntur due orationes ad libitum ſacerdotis, præter orationem. A cunctis quæ nunquam dicitur infra octa. & orationem pro ſe ipſo ſacerdote, quæ nunquam dicitur in miſſa conuentuali, nec quando celebratur coram pręlato. in dominicis autem exiſtentibus infra octa. feſt. poſt orationem de octa. agitur com. de ipſa dominica, deinde ſequitur tertia oratio ad libitũ vt ſupra, vel de alia octa. ſi duæ octauæ in ſimul concurrerent], [ſi vero in dominica prædicta celebraretur aliquod feſtũ ſemiduplex vel ſimile poſt orationem feſti fit cõm. de dominica, deinde de octa. & ſic ſemper in feſtiuitatibus, & officiis non duplicibus, ad minus dicuntur tres orationes in miſſa.

A prima die poſt octauam Epihanię, vſque ad Purificationem beatæ virg. poſt orationem

dici,

diei, dicitur oratio. Deus qui ſalutis eternæ ; & Eccleſiæ tue vel Deus omnium fideliū paſtor. Si vero in dominica exiſtente in iſto tempore, agitur officium de iſto tempore, agitur officiū de feſto ſemiduplici, poſt orationē de feſto dici tur oratio de dominica, deinde. Deus qui ſalu tis eternę & hoc ſi ipſi dominice erit locus, alio quin dicitur ut ſupra.

A prima die poſt purificationem vſque ad dominicam de paſsione, poſt orationem diei tā in dominicis diebus quam ferialibus, & feſtiuis exceptis duplicibus, dicitur oratio. A cunctis nos q̄s domine. tertia dicitur ad libitum, vel ſe cunda, vt puta quis vellet facere com. de Spiritu ſancto. prima oratio erit de die, ſecunda de Spirito ſancto, tertia A cunctis.

A primo die quadrageſimæ vſque ad dominicam de paſsione, tam in dominicis, quam in ferialibus diebus poſt orationem diei ſcilicet de dominica, vel de feria quando agitur officiū de tempore, dicitur oratio A cunctis, & pro tertia. Omnipotens ſempiterne deus qui viuorum. Si vero agitur officium de ſanctis ſimplicibus, miſſa dicitur de feria, cum cōm. ſancti, deinde ſequitur oratio. A cunctis pro tertia, ſi autem agitur officium ſemiduplex, miſſa dicitur de feſto ſemiduplici, cum cōm. feriæ, quæ erit ſecūda oratio, poſtea ſequitur oratio. A cūctis, ſi duplex miſſa dicitur de feſto duplici, cū

cōm.

cõm. ſolum de feria, & iſte ordo obſeruetur in priuatis miſsis, & in illis eccleſiis in quibus non dicitur niſi vna miſſa in eccleſiis vero cath. collegiatis, & regularibus, in iſto tempore quadragesimæ, quando agitur officium de ſancto poſt officium prime in choro, prima miſſa dicitur de ſancto abſque cõm. ferie, deinde poſt officiũ none, alia miſſa dicitur de feria abſque com. feſti. in feſtiuitatibus autem duplicibus, vel ſemiduplicibus, prima miſſa dicitur de feria, ſecunda de feſto modo vt ſupra, & ita ſeruatur in Eccleſia Bonon.

A dominica de paſsione vſque ad feriã quartam hebdomade ſanctæ incluſiue, poſt orationem diei dicitur oratio. Eccleſię tuę. vel. Deus omnium fidelium paſtor, tertia vero, dicitur ad libitum ſacerdotis, vel ſecunda, ut puta, quis vult dicere de dominica, vel de alio ſancto, tũc tertia erit. Eccleſię tuę, ſi autem agitur officium de ſanctis, poſt orationem de feria ſecunda oratio dicitur de feſto, & tertia. Eccleſię tuę.

Infra hebdomadam paſce, & pentecoſtes incipiendo a quarta feria, poſt orationem diei, dicitur oratio. Eccleſię tuę, vel de papa. tertia vero dicitur ad libitum, vel ſecunda pro ut dictũ eſt ſupra.

Ad dominica in albis vſque ad Aſcenſionẽ domini, poſt orationem diei, tam in miſſa de tempore quam de ſanctis, dicitur oratio. Concede

cede

cede nos & Deus omnium fidelium paſtor.

A prima dominica poſt penthecoſten vſque ad aduentum, tam in dominicis diebus, quam ferialibus & feſtiuis non duplicibus poſt oratio nem diei dicitur oratio. A cunctis cui adiungitur alia oratio pro tertia ad libitum ſacerdotis. Si vero in dominica celebretur feſtum ſemiduplex, vel aliud habens aliquam prærogatiuam, poſt orationem feſti ſequitur oratio de dominica, poſtea. A cunctis, ſimiliter fit ſi in aliis diebus in miſsis, ſiue de tempore, ſiue de ſanctis quis vellet dicere orationem de Spiritu ſancto, vel de functis, oratio. A cunctis dicitur pro tertia. Si quatuor tempora menſis Septembris venerint in die in quo agitur officium ſimplex, miſſa dicitur de quatuor temporibus, cũ com. feſti & oratione. A cunctis, quæ erit tertia com. ſi autem in feſto ſemiduplici occurrerint, poſt orationem de feſto fit cõm. de quatuor tempo ribus & poſtea dicitur oratio. A cunctis, niſi vigilia ſancti Mathei Apoſtoli venerit in quatuor temporibus, quia tunc oratio A cunctis non dicitur ſed eius loco dicitur oratio de ipſa vigilia; ſi vero ſpecialis miſſa de vigilia celebretur, ſecunda oratio erit de ſancto, & tertia de quatuor temporibus.

In vigiliis feſtiuitatum venientibus in diebus in quibus agitur officium ſimplex, miſſa dicitur de vigilia, cum com. feſti, cui commemora-

tioni

tioni adiungitur oratio competens pro tertia. Si vero agitur officium ſemiduplex miſſa dicitur de feſto, cum cõm. vigilie ſecundo loco, poſtea tertia oratio dicitur ad libitum, præter orationem. A cunctis, quæ nunquam dicitur in vigiliis, quæ ieiunantur, nec in miſsis votiuis. Si autem duplex, miſſa dicitur de duplici abſque cõm. vigiliæ nihilominus in cathedralibus, collegiatis, & regularibus eccleſiis, in illis vigiliis in quibus celebratur ieiunium, hora nona debet dici miſſa de vigilia.

Sed aduertendum eſt, ꝙ ſi feſtum habẽs vigiliam venerit in die Lune, vigilia quo ad miſſam, & ieiunium, ſemper celebratur in ſabbato pręcedenti, pręter vigiliam Epiphaniæ domini, & Natalis eiuſdem, quo ad miſſam ſolum ſi venerit in dominica, quia tunc in ipſa dominica miſſa dicitur de vigilia, & non in ſabbato.

In miſsis votiuis ſemper fit com. de ſancto de quo agitur officium in ipſa die, deinde de feria ſi fuerit in quadrageſima, vel in aduentu, aut in quatuor temporibus, ſeu de vigilia ſi in ipſo die erit vigilia alicuius feſtiuitatis, vel de octaua, ſi fuerit infra octauam, alioquin tertia oratio dicitur ad libitum.

In die exequiarum defunctorum, & in tertio vel in ſeptimo, aut xxx. die, vna oratio tantum dicitur. In anniuerſario autem, & in aliis diebus, quãdo agitur miſſa pro defunctis, tres ora-

tiones dicuntur, & tunc vltima oratio ſemper dicitur pro omnibus fidelibus defunctis, videlicet. Fidelium deus omnium conditor vel alia ſimilis. Et nota ꝙ in miſſa defunctorum, oratio de ſanctis, vel de feria, aut alia quam pro defunctis dici non debet.

Item in canone illa oratio. Domine Ieſu Chriſte qui dixiſti Apoſtolis tuis pacem meam do vobis, non dicitur, nec oſculum pacis datur.

De ordine dicendi Graduale, & Alleluia. Rubrica.

NOtandum ꝙ quando Graduale dicitur cũ alleluia, hic modus ſeruatur; ſemper ante verſum, bis alleluia dicitur, & poſt verſum ſemel replicatur, tam in miſis dominicalibus, feſtiuis, & ferialibus quam votiuis, & vt melius vnuſquiſque inteligat ſequitur vnum Graduale, videlicet. Letatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus. Verſ. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Alleluia alleluia. Verſ. Timebunt gẽtes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam, Alleluia, & ſic ſeruatur in Eccleſia Bonon. & quanuis in non nullis feſtiuicatibus in officio miſſe, ut in feſto ſancti Michaelis, & omnium ſanctorum, habeantur tres vel duo verſiculi cum alleluia, poſt Graduale, nihilominus, non dicitur, niſi vnus verſ. ordine quo ſupra, quando autem non dicitur Alleluia

 poſt

poſt Graduale, dicitur tractus ſi habetur, alioquin dicitur tantum Graduale. Quando vero non dicitur Graduale ſicut in ſabbato in albis, tunc poſt epiſtolam immediate dicitur bis Alleluia, deinde ſequuntur duo verſiculi, & in fine cuiuslibet, replicatur ſemel alleluia; videlicet. Alleluia alleluia. Verſ. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech Alleluia. Verſ. Hic eſt ſacerdos quem coronauit dominus alleluia. Quandocũque autem ſequẽtia eſt dicenda, illa dicitur immediate poſt vltimum verſum. qua dicta, alleluia dicitur, pręter quam in miſsis pro defunctis, in quibus nũquã dicitur alleluia, & ita habetur in ordinario miſſe Reuerendi. D. Ioannis Argentinen. Prothonotarii apoſtolici Capelle S. D. noſtri Papæ Cerimoniarum magiſtri.

In quibus feſtiuitatibus, & diebus dicitur Credo ad miſſam Rub.

CRedo dicitur ad miſſam omnibus diebus dominicis totius anni, etiam ſi de feſto, vel de octaua alicuius feſtiuitatis miſſa celebretur, in qua alias credo nõ eſſet dicendum. Itẽ ad miſſam noctis, & ambas alias miſſas diei natiuitatis domini, & deinceps pro totam octauam, in octaua ſancti Stephani, quia infra octauam ſancti Ioannis Apoſtoli, & euangeliſte. In octaua eiuſdem ſancti Ioannis in die Epiphanię domini, per totam octauam eius. In Con-

uerſionis ſancti Pauli Apoſtoli. In omnibus feſtiuitatibus beatę Marię virginis,& per earum octauas, quæ habentur. In cathedre ſancti Petri Apoſtoli. Feria quinta cœnę domini. In feſto Reſurrectionis domini,& ſex diebus ſequentibus, in feſtiuitate Aſcenſionis domini, & p octaua. In pentecoſte,& ſex diebus ſequentibus. In Corporis Chriſti,& per octauam. In ſancti Ioãnis ante portam latinam. In Apoſtolorum Petri,& Pauli,& per octauã. In octaua ſancti Ioãnis Baptiſtæ. In ſancti Petri ad vincula. In octaua ſancti Laurentii. In inuentionis, & exaltationis ſanctæ Crucis. In Angelorum. In ſancti Petronii,& per octauam in Ciuitate Bonon.& eius dioceſi tantum. In omnium ſanctorum, ac ſingulorum apoſtolorum, & euangeliſtarum, ac quatuorũ doctorum .ſ. Ambroſii, Gregorii, Auguſtini,& Hieronymi feſtiuitatib. In omnibus conſecrationibus Eccleſiarũ, Altariũ,& Põtificum,& in ſingulis eccleſiis in feſto illius ſancti, vel ſanctæ in cuius honorem ipſa eccleſia vel altare ſunt conſecrata, ac per octauam eiuſdem feſti,& Aniuerſariis dedicationum eccleſiarum vel altarium,& per eorum octauas ſi eas habẽt dictiur quoque infra ſingulas octauas ſupraſcriptas Credo, etiam ſi non de ipſa octa. ſed de quocunque alio feſto tunc currente miſſa celebretur.

De

De Prefationibus, que dicuntur in miſſis. Rubrica.

NOtandum, ꝙ in miſſis dicuntur ſolummodo decem infraſcripte præfationes, hoc ordine, quãuis in miſſalibus modernis multe alie ponantur, videlicet

A nocte Natalis domini vſque ad vigiliam Epiphanie incluſiue, in miſſis de tempore, vel de feſtiuitatibus occurrentibus quibuſcunque dicitur prefatio. Quia per incarnati verbi mitterium, quæ prefatio dicitur etiam in feſto Purificationis beate Marie, &in feſto corporis Chriſti & per octauam, etiam ſi de alio feſto agatur officiũ niſi ipſi feſto propria ꝑfatio asſignetur.

In feſto Epiphanie, & per octauam dicitur prefatio. Quia cum vnigenitus tuus.

A prima die Quadrageſime vſque ad dominicam palmarum, in miſſis de tempote tantũ, dicitur prefatio. Qui corporali ieiunio.

A dominica de palmis vſque ad ſabbatũ ſanctum excluſiue, in miſſis de tempore, dicitur ꝑfatio de Cruce. Qui ſalutem humani generis, que etiam dicitur feſtiuitatibus ſcilicet Crucis, & in miſſis votiuis eiuſdem.

A ſabbato ſancto vſque ad vigiliam Aſcenſionis domini incluſiue, in miſſis tam de tempore quam de ſanctis etiam votiuis, dicitur prefatio. Te quidem domine omni tempore, niſi propria asſignetur

Ab aſcenſionem domini vſque ad vigiliam Penthecoſtes in misſis tam de tempore, quam de ſanctis occurrentibus, dicitur prȩfatio. Qui poſt Reſurrectionem ſuam.

A vigilia Pentecoſtes vſque ad dominicam Trinitatis ſcilicet primam poſt pentecoſten excluſiue, in misſis de tempore dicitur. Qui aſcendens ſuper omnes cœlos, quȩ dicitur etiam in misſis uotiuis de ſpiritu ſanſto, prȩter misſis illis verbis. Hodierna die.

In omnibus feſtiuitatibus beatȩ Mariȩ virg. & per earum octauas, dicitur prȩfatio. Et in Aſſumptione, vel Na. etiam ſi de alio feſto agatur officium niſi propria aſſignetur, dicitur etiam in misſis votiuis eiuſdem, beatæ virg. Nota tamen, quod ſi infra octauas beatæ virg. occurrerit feſtum conſecrationis eccleſiȩ, vel ſancti proprii loci celebrandum, in miſſa huiuſmodi dicitur prȩfatio communis, & non de beata virg.

In feſtiuitatibus apoſtolorum, & euangeliſtarum, & per eorum octauas dicitur præfatio. Te domine ſuppliciter exorare. etiam ſi de alio feſto agatur officium, niſi propria aſsignetur. dicitur etiam in misſis votiuis eorūdem. In miſſis vero feſtiuitatis proprii loci, venientis infra octauas apoſtolorum, dicitur præfatio cōis.

In feſto ſanctæ Trinitatis, & in miſsis votiuis eiuſdem, dicitur præfatio. Qui cum vnigenito filio tuo.

In

In omnibus autẽ aliis miſsis quoruncunque temporum, & feſtiuitatum, etiam defunctorum, & in miſſa vigilie aſſumptionis beatę Mariæ virg. & in miſsis vigiliarum apoſtolorum, dicitur prȩfatio communis, videlicet. Eterne deus per Chriſtum dominum noſtrum, per quem maieſtatem &c.

De Ita miſſa eſt. Rubrica.

SCiendum, quod quotienſcunque in miſſa dicitur. Gloria in excelſis deo, in fine eiuſdem miſſe dicitur. Ita miſſa eſt alioquin dicitur Benedicamus domino. in miſsis vero defunctorum dicitur. Requieſcant in pace.

De Benedictione, quę datur populo per Sacerdotem poſt miſſam.

FInitam miſſa Sacerdos Benedicit circunſtã tibus cum trino, vel vnico ſigno crucis, di cendo ſic. Benedicat vos omnipotẽs deus pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. vel ſic.

In vnitate ſancti ſpiritus, Benedicat vos, pater & filius Reſ. amen. In miſsis vero defuncto rum vtitur his verbis, videlicet.

Deus vita viuorum, & reſurrectio defuncto rum. Benedicat vos in ſecula ſeculorum. Reſ. amen. Et ita habetur communis conſuetudo in miſsis defunctorum, non pontificalibus. In miſsis autem pontificalibus, quę ſolenniter dicuntur pro defunctis, nulla datur benedictio, cum illa ſit ſolennis benedictio, vide Rationa-

le diuinorum officiorum in Rubrica', ſiue tractatu de fractione hoſtię circa finem.

De Euangelio dicendo poſt tertiam miſſam Natalis domini.

POſt tertiam miſſam diei Natalis domini loco Euãgelii ſancti Ioannis ſcilicet, In principio erat verbum. dicitur Euangelium ſecundum Matheum. Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem, quod habetur in miſſa diei Epiphanię domini.

Laus Deo.

CVm in quam pluribus breuiariis, ac miſſalibus modernis multa apareant pro duplicibus annotata feſta, non tantum non duplicia exiſtentia, ſed nec in Calendario Romano repoſita, quorum preteritionem in Calẽdario annuali Bonon. Eccleſiæ ſimplices Clerici intuentes, non mediocri affici admiratione, multique ipſo calendario carentes, in errores ſę piſsime prolabi poſſent. Non immerito nec inconſulte ad eiuſmodi admirationem, erroreſq; tollẽdos præſenti Rubricario Calendarium Romanorum antiquum, quo Bonon. Eccleſia vtitur. Reuerendi patris Domini Angeli Vallarii curiæ Epiſcopalis Bonon. Vicarii prudentisſimo iuſſu adiunctum eſt, vt ſicut vnum deum colimus. Ita in celebrandis diuinis officiis, quãtum fieri posſit, vnitatem ſeruemus. Et vt feſta Calendarii Romani, ab adiunctis per Reuerendum Dominum Epiſcopum Bonon. facilius diſcernantur, ſimpliciter annotata dignoſcentur. Feſta vero ſuperadita hoc ſigno (patebunt indicata.

Ianuarius habet dies. xxxi.

a 1 Feſtum Circūciſionis dñi. duplex maius. & ſancti Baſilii epiſcopi, & cōfeſſoris, & ſanctæ Martine virg. & mar. & (ſancti Barbatiani præsbyteri confeſ.
b 2 Octauæ S. Stephani prothomar. ſemidu.
c 3 Octauæ s. Ioannis apoſtoli, & euangeli. ſemidup.
d 4 Octauæ ſanctorum Innocentum ſemid. & (ſanctorū Hermetis Egei, & Gali. m. Bo.
e 5 Vigilia
f 6 Epiphanię domini duplex maius]
g 7
a 8
b 9
c 10 Sanćti Pauli primi heremite confeſſor. & (Sancti Guilielmi epiſcopi, & confeſ.
d 11 Sancti Iginii papæ, & martyris
e 12
f 13 Octauę Epiphaniæ ſemiduplex
g 14 Sancti Felicis in pincis præsbyteri marty.

Aureus Numerus 16. 5.

a 15 Sancti Mauri abbatis confeſ.
b 16 Sancti Marcelli papæ, & martyris.
c 17 Sancti Antonii abbatis confeſſ. dup. mi.
d 18 Sanctę Priſce virg. & mart.
e 19 Sanctorum Marii, Marthe, Audifax, & Abacum martirum.

13 f 20 Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani ma. duplex mi.
2 g 21 Sãctę Agnetis virg. & mar. ſemidup.
a 22 Sãctorum Vicentii, & Anaſtaſii martirum ſem. dup.
10 b 23 Sanctæ Emerentiane virg. & mar.
c 24
18 d 25 Conuerſionis s. Pauli Apoſt. du. mi.
7 e 26 (Sanctę Paulę viduę.
f 27 Sancti Ioãnis Chriſoſtomi epiſ. & cõf.
15 g 28 Sanctę Agnetis ſecundo
4 a 29
b 30
12 c 31 Sãctorum Ciri, & Ioannis martyrũ, & (Sancti Geminiani epiſ. & confeſ.

Februarius habet dies xxviii. & quã do eſt biſextus habet dies xxix.

1 d 1 Sancti Ignatii epiſcopi & mar. & s. Bricide virg. & (ſancti Seueri archiepiſcopi & confeſſ. Rauenat.
e 2 Purificationis beatæ Mariæ vir. du. ma.
9 f 3 Sancti Blaſii epiſ. & mart. dup. min. & (sancti Policarpi epiſcopi, & mar.
g 4 Sancti Giberti confeſ.
17 a 5 Sãctę Agathe virg. & m. ſemidupex. & Regula infalibilis ſeptuageſimæ Ian. & Februarii. Vbicunque inueneris aureum nu

merũ, Dominica ſequenti proxima erit ſeptuageſima:
(Sancti Triphonis mart.
6 b 6 Sanctæ Dorotheæ virg. & martyris, & (ſãcti Guarini Card-epiſ. & cõf. de Bon.
c 7 (sanctę Iulianę viduę Bononienſis.
14 d 8
3 e 9 Sanctæ Apoloniæ virginis, & mar.
f 10 S. Scolaſticę virg, & (s. Gulielmi cõf.
11 g 11 (S. Calocerii archiepiſ. & cõf. Rauen. & (sancti Seuerini abbatis confeſſ.
a 12
19 b 13 (Sãctarũ Maurę, & Fuſcę virg. & mar.
8 c 14 Sancti Valentini presbyteri mar.
d 15 sanctorum Fauſtini, & Iouitę marty.
e 16 Sanctæ Iulianę virg. & martyris.
f 17
g 18
a 19
b 20
c 21 Sanctorum Decem milium marty. & (sancti Maximiani archiepiſcopi, & con feſſ. Rauennę,
d 22 Cathedrę s. Petri apoſt. dup. maius.
e 23 Vigilia.
f 24 Sancti Mathię apoſt. dup. minus.
g 25 Nota ꝙ in anno Bixetili iſta die, ſem
a 26 per celebratur feſtum sancti Mathiæ
b 27 ſub litera tamen F. & non G. quia

c 28 tunc propter mutationem litere dominicalis quę ibi fit, per duos dies ſtamus ſuper litteram F.

Martius habet dies xxxi.

d 1 Sancti Herculani epiſcopi, & marty.
e 2
f 3
g 4
a 5
b 6
c 7 Sancti Thomæ de acquino confeſſ. or: prædicatorum, & sanctarum Perpetuæ, & Felicitatis martyrum.
d 8
e 9 Sanctorum Quadraginta mart.
f 10
g 11
a 12 Sancti Gregorii Papæ confeſ. & doct. duplex mi.
b 13
c 14
d 15 Sancti Longini martyris
e 16 (Sancti Agapiti archiepiſcopi, & confeſſ. Raueu.
f 17 Sancti Patricii epiſ. & confeſſ.
g 18

Aureus numerus 16. 5.

	a	19	Sancti Ioſeph confeſſ. dup. minus.
	b	20	
16	c	21	Sancti Benedicti abbatis confeſſ.
5	d	22	
	e	23	
13	f	24	
2	g	25	Annuntiationis beatæ Mariæ Virgi. (dup. ma.
	a	26	
10	b	27	
	c	28	
18	d	29	
7	e	30	
	f	31	

Aprilis habet dies. xxx.

15	g	1	Sancti Hugonis epiſcopi, & confeſ.
4	a	2	Sanctæ Mariæ Egiptiacæ, nec virginis nec martyris.
	b	3	Sanctę Theodoſi virg. & mar.
12	c	4	
1	d	5	Sanc. Vincentii confeſ. ord. prædicat.
	e	6	
9	f	7	
	g	8	
17	a	9	Regula infalibilis paſce in Martio,
6	b	10	& Aprilis. Vbicũque inueneris au
	c	11	reum numerũ, dominica proxima
24	d	12	ſequenti erit paſca domini.

3 e 13
f 14 Sãctorum Tiburtii, Valeriani, & Ma-
11 g 15 (ximi mar.
a 16
19 b 17 Sancti Aniceti papæ, & martyris
8 c 18
d 19
e 20
f 21 (mar.
g 22 Sanctorum Sotheris, & Gaii Pont. &
a 23
b 24 Sancti Georgii mart. &
(sancti Adalberti epiſ. & mar.
c 25 Sancti Marci euangeliſtæ dup. minus
& Letaniæ maiores.
d 26 Sanctorum Cleti, & Marcellini pon.
e 27 (& mar.
f 28 Sancti Vitalis martyris
g 29 Sancti Petri martyris ord. prædicato.
a 30

Maius habet dies. xxxi.

b 1 Sanctorum Philippi, & Iacobi Apo-
ſtolorum. dup. mi.
c 2 (sancti Sigiſmondi Regis mar.
d 3 Inuentionis ſanctæ Crucis dup. mi. &
ſanctorum Alexãdri, Euentii Theo
doli, & Iuuenalis martyrum.

e 4
f 5
g 6 Sanđi Ioannis Apoſtoli ante portam latinam duplex minus.
a 7
b 8 Apparitionis sanđi Michaelis archan geli duplex minus.
c 9
d 10 Sāđorū Gordiani,& Epimachi m. & (sancti Cathaldi epi. & confeſſ. & (sanđi Iob confeſſoris.
e 11
f 12 sanđorum Nerei, Archilei, & Pangra tii martirum.
g 13
a 14 sanđi Bonifacii martyris,& (sanđi Viđoris martyris.
b 15 sancti Hilari confeſſoris.
c 16
d 17
e 18 (ſanđi Venantii martyris
f 19 sanđæ Potentiane virginis,& (ſancti Petri Celeſtini papæ, & cōf.
g 20 sancti Bernardini conf. ord. minorū.
a 21 (sanctorū Seneſii, & Theopontii m.
b 22 (ſancti Martiani archiepiſcopi, & cō-feſſ. Rauennæ.
c 23
d 24

e 25 sancti Vrbani papæ, & mart.
f 26 sancti Eleutherii Papæ & mart.
g 27 sancti Ioannis papæ & martyris.
a 28
b 29
c 30 sancti Felicis papæ & martyris.
d 31 sanctæ Petronille virginis.

Iunius habet dies. xxx.

e 1 (sancti Proculi mar. de Bon. ſem. dup. &
(sancti Proculi epiſ. & martyris.
f 2 sanctorum Marcellini, Petri, & Eraſmi
g 3 (martyrũ.
a 4
b 5 (sanctæ Febroniȩ virginis, & martyris.
c 6
d 7
e 8
f 9 sanctorum Primi, & Feliciani martyrũ.
g 10
a 11 Sancti Barnabe Apſtoli dup. minus, &
(sancti Honufrii confeſſ.
b 12 Sanctorum Baſilidis, Cirini, Naboris, &
Nazarii martirum
c 13 Sancti Antonii confeſſ. ordinis minorũ.
d 14
e 15 Sanctorũ Viti, Modeſti, & Creſentii m.
f 16

g 17
a 18 sanctorum Marci, & Marcelliani mart.
b 19 sanctorum Geruaſii,& Protaſii mart.
c 20 sancti Siluerii papę,& mar.
d 21
e 22 (sancti Iuliani martyris, &
sancti Paulini epiſ. & confeſ.
f 23 Vigilia
g 24 Natiuitatis sancti Ioannis Baptiſtæ dup. maius
a 25 (sancti Alle epiſcopi,& confeſſ.
b 26 Sãctorũ Ioãnis,& Pauli mar. ſem. dup.
c 27
d 28 sancti Leonis Papę,& confeſſ. non tranſfertur Vigilia
e 29 sanctorum Petri,& Pauli Apoſtolorum duplex mai.
f 30 Cõmemorationis ſancti Pauli Apoſtoli duplex mi.

Iulius habet dies. xxxi.

g 1 Octauę sancti Ioannis Baptiſtæ ſe. du.& sancti Martialis epiſ.& confeſ.
a 2 Viſitationis beatę Mariæ virg.du. ma,& sanctorum Proceſsi, & Martiniani marty.
b 3 (sancti Dati archiepiſ.& confeſ. Rauen.
c 4

d 5
e 6 Octauę apoſtol. Petri, & Pau. du. mi. &
(Sancti Iſaię martyris
f 7
g 8 (Conſecrationis Eccleſiæ, & Altaris ma
ioris Bononiæ duplex maius.
a 9 Octaue Viſitationis beatæ Marię virg.
duplex minus
b 10 Sanctorum Septem fratrum, & Rufine,
& Secundę martyrum
c 11 sancti Pii papæ, & mart.
d 12 sanctorum Naboris, & Felicis mart.
e 13 Sanctæ Margarithe virg. & mar. & san-
cti Anacleti papę, & mar.
f 14
g 15 Sanctorum Quirici, & Iulitę mart.
a 16
b 17 Sancti Alexii confeſſ.
c 18 Sanctorũ Simphoroſe, & ſeptẽ filiorum
eius mar. & (sancti Rophili epiſ. &
d 19 (confeſſ.
e 20
f 21 sanctę Praxedis Virginis
g 22 Sanctę Mariæ Magdalenæ. ſemiduplex.
a 23 Sãcti Apolinaris epiſcopi, et mar. Rauẽ.
(Sanctæ Brigitte vidue.
b 24 ſanctę Chriſtinę virg. & mar. Vigilia.
c 25 Sancti Iacobi Apoſtoli. dup. minus &
sancti Chriſtophori martyris

d 26 sanctæ Anne vidue duplex minus, &
sancti Paſtoris confeſſoris
e 27 sancti Panthaleonis martyris
f 28 sanctorum Nazarii, Celſi, Victoris, &
Innocentii martyrum
g 29 sanctæ Marthe virginis, &
sanctorum Simplicii Fauſtini, Beatricis, & Felicis martyrum.
a 30 sanctorum Abdon, & Senen martyrũ.
b 31

Auguſtus habet dies. xxxi.

c 1 Sancti Petri aduincula. dup. maius, &
sanctorũ Machabeorum mar.
d 2 sancti Stephani papę, & martyris.
e 3 Inuentionis ſancti Stephani prothomar.
f 4 sancti Iuſtini presbyteri mart.
g 5 sanctæ Mariæ ad Niues. dup. minus
& sancti Dominici cõfeſſoris Protectoris Bonon. ſe. dup.
a 6 sanctorum Sixti, Feliciſsimi, & Agapiti
martyrum
b 7 sancti Donati epiſcopi, & mar.
c 8 sanctorum Ciriaci, Largi, & Smaragdi
martyrum.
d 9 sancti Romani mart. Vigilia
e 10 sancti Laurentii mart. duplex maius.
f 11 sanctorum Tiburtii, & Suſane mart.

g 12 sanctæ Clare virginis
a 13 sanctorum Hipoliti, & Caſsiani mar.
b 14 sancti Euſebii presbyteri confeſſ.
Vigilia
c 15 Aſſumptionis beatæ Mariæ virg.du.ma.
d 16
e 17 Octauæ ſancti Laurentii mar. ſem.du.& (sancti Mammę mart.
f 18 sancti Agapiti martyris
g 19 Ludouici epiſcopi, et confeſ.
a 20 sancti Bernardi abbatis conf.
b 21
c 22 Octauæ Aſſumptionis duplex minus, & sancti Timothei, Hipoliti, et Simphoriani martyrum
d 23 Vigilia
e 24 sancti Batholomei Apoſtoli du. min.
f 25 sancti Ludouici Regi. Francie confeſſ.
g 26 sancti Zepberini papæ, et mar.
a 27
b 28 sancti Auguſtini epiſcopi confeſ. et doctor.du. mi.et sancti Hermetis martyris.
c 29 Decollationis sancti Ioannis Baptiſtæ semi duplex, sanctæ Sabine mar.
d 30 sanctorum Felicis, & Adaucti mart.& (ſancti Bononii abbatis, de Bon.
e 31

Septemb. habet dies xxx.

f	1	Sanɛti Egidii abbatis confeſſoris, & ſanɛtorum Duodecim fratrum ma.
g	2	Sanɛti Antonini martyris.;
a	3	
b	4	(Sanɛti Marini confeſſoris
c	5	
d	6	
e	7	
f	8	Natiuitatis beatæ Mariæ Virginis dup. maius, & sanɛti Adriani mar.
g	9	sanɛti Gorgonii marty.
a	10	
b	11	sanɛtorum Prothi, & Iacinthi martyrũ.
c	12	
d	13	
e	14	Exaltationis ſanɛtæ Crucis dup. mun. & sanɛtorum Cornelii, & Cipriani pont.et martirum.
f	15	Oɛtauę Natiuitatis beatę virg. ſem.dup.& sanɛti Nicomedis pręsbyteri, & martyris:
g	16	Sanɛtorum Euphemię, Lucię, & Geminiani martyrum, & (sanɛti Iſidori epiſcopi, & confeſſ.
a	17	
b	18	
c	19	(Sanɛtorum Ianuarii epiſc. & ſociorum

eius martyrum.

d 20 Sanctorum Euſtachii & ſociorum martirum. Vigi'ia

e 21 sancti Mathei Apuſtoli & Euangel. duplex minus

f 22 sanctorum Mauritii, & ſociorum eius martyrum.

g 23 sancti Lini Papę, et mart.

a 24 sancti Tecle virginis, et mart.

b 25

c 26 sanctorum Cipriani, & Iuſtine mart.

d 27 sanctorum Coſme, et Damiani mart. dup. mi. & (sancti Adarecti archiepiſ. et confeſſ. Rauen.

e 28

f 29 sancti Michaelis archangeli dup. minus

g 30 sancti Hieronymi præsbyteri confeſſ. & doct. dup. minus

October habet dies xxxi.

a 1 sancti Remigii epiſcopi, et confeſſoris

b 2

c 3

d 4 (sancti Petronii epiſcopi, et cōfeſſ. Bon. dup. ma. et ſancti Franciſci confeſſ. protectoris Bonon. ſe. dup.

e 5 sancti Marcellini archiepi. et cōſ. Rauen.

f 6

g 7 sancti Sergii, Bachi, Marcelli, & Apuleii mart. & ſancti Marci papæ, & conſeſſoris, &

(ſanctæ Iuſtine virg. & mart.

a 8 (sanctæ Reparate virginis, & mart.

b 9 sancti Dioniſii, Ruſtici, & Eleuterii martyrum, &

(sancti Donini mart.

c 10 sancti Cerbonii epiſcopi, & confeſ.

d 11 (Octaue ſancti Petronii duplex minus

e 12

f 13

g 14 sancti Calixti papæ, & martyris

a 15

b 16 sancti Galli abbatis confeſſoris

c 17

d 18 sanctæ Luce euangeliſte duplex mi.

e 19

f 20

g 21 sanctarũ Vndecim milium virg. & martyrum, & sancti Hilarioni abbat.

a 22

b 23 sanctorum Septem dormientium mar. oratio. Præſta queſumus o deus, vt qui glo. martyres

d 25 sancti Criſanti, & Darię martyrum &

(ſancti Miniatis mart.

e 26 sancti Euariſti papæ, & martyris.

f 27 Vigilia

g 28 ſanctorum Simonis & Iude Apoſtolorum dup. minus

a 29

b 30 (sancti Germani epiſcopi & confeſſ.

c 31 Vigilia

Nouembris habet dies. xxx.

d 1 Solemnitatis omnium Sanctorum dup. maius & sancti Ceſarii mart.

e 2 Commemoratio omnium fidelium defunctorum.

f 3

g 4 sancti Vitalis, & Agricolæ martyrum Bonon. dup. ma.

a 5

b 6 sancti Leonardi confeſſ.

c 7 sancti Proſdocimi epiſcopi, & confes.

d 8 sanctorum Quatuor Coronatorum martirum

e 9 Dedicationis Baſilicæ Saluatoris du. mi. & ſancti Theodori mart.

f 10 Sanctorum Triphonis, Reſpitii, & Nimphæ mart. & (sancti Probi Archiepiſcopi & confeſ. Rauennatis

(ſancti Homoboni confeſſ.

c 14

d 15

e 16

f 17

g 18 Dedicationis Baſilicarum Petri, & Pauli Apoſtolorum dup. minus, & (ſancti Fridiani epiſ.& confeſſ.

a 19 ſanctæ Eliſabeth vidue, & ſanctæ Pontiani papę, & mart.

b 20

c 21

d 22 ſanctę Cecilie virg & mart. ſemidup.

e 23 ſancti Clementis papę, & mar.ſemidu.& ſanctæ Felicitatis mar.ac (ſancti Columbani abbatis confeſſ.

f 24 ſancti Griſogoni presbyteri mart. & (ſancti Proſperi epiſcopi, & confeſſoris.

g 25 ſanctæ Catherinæ virginis, & mar. ſe. duplex.

a 26 ſancti Petri epiſcopi Alexandrini et mart.

b 27 (ſancti Iacobi martyris interciſsi.

c 28

d 29 sancti Saturnini martyris Vigilia

e 30 ſancti Andreę Apoſtoli duplex maius

December habet dies. xxxi.

f 1 (ſancti Anſani martyris
g 2 ſancti Bibiane virginis, & martyris
a 3 ſancti Petri archiepiſ. & confeſ. Rauen.
b 4 ſanctæ Barbare virg. & mar.&
(ſancti Dalmatii confeſ.&
(ſancti Felicis epiſcopi Bon. & cōf.
c 5 ſanctæ Sabbe abbatis
d 6 ſancti Nicolai epiſ.& cōfeſ. ſemidup.
e 7 ſancti Ambroſii epi cōf. & doc.dup. mi.
f 8 Cōceptionis beatæ Ma.virg.dup. ma.&
(s. Zenonis epiſcopi & confeſſoris
g 9 (ſancti Siri epiſcopi,& confeſſoris
a 10 ſancti Melchiadis papæ, & martyris, &
(ſanctæ Eulalie virginis,& martyris.
b 11 ſancti Damaſi papæ & confeſſoris
c 12
d 13 ſanctę Lucie virginis,& mar. ſemi. dup.
e 14
f 15
g 16 ſanctorum Floriani,& ſociorū mar. ſe.
a 17 (dupex.
b 18
c 19

g 23

a 24 Vigilia

b 25 Natiuitatis domini. duplex maius, &
Sanctæ Anaſtaſiæ martyris

c 26 Sancti Stephani prothomartyris du ma.

d 27 sancti Ioannis Apoſtoli & Euangeliſta
dup. maius

e 28 sanctorum Innocentum martyrum ſe.
duplex.

f 29 sancti Thomę epiſcopi & mart.

g 30

a 31 sancti Silueſtri papæ & confeſ. ſe. dup.

FINIS.

QVia pro feſtis mobilibus, & etiam immobilibus inueniendis ad aureum numerum, & ad litteram dominicalem ſemper recurritur, ideo ordo breuis aurei numeri, & littere Dominicalis pręſenti Calen. additus fuit.

De Aureo numero.

AVreus numerus currit ab. 1. vſque ad 19 incluſiue, & finito numero 19. ſemper incipitur a numero. 1. hoc anno 1523. currit aureus numerus 4. anno vero ſequenti. 5. & ſic per ordinem.

De Littera dominicale.

LIttera Dominicalis hoc anno 1523. eſt d. vſque ad vltimam diem Decembris, anno vero ſequenti erit c. & hoc quia per duos dies ſcilicet vltimam Decembris & primam Ianuarii ſtamus ſuper litteram a. Ita quod ſemper illa litera quæ ſub die dominica eſt vno anno, in ſequenti erit ſub die Lune, incipiendo a primo Ianuarii, & ſequendo per totum annũ,

thie, altera a feſto ipſius ſancti Mathiæ vſque ad finem anni, & tunc illa littera quæ ſub die dominica eſt a principio Ian. vſque ad S. Mathiam, ab ipſo die ſancti Mathiæ vſque ad finē anni erit ſub die lunæ, & hoc fit quia cum Februarius in anno biſextili habeat dies. 29. per duos dies ſcilicet 24.25. Feb. ſtamus ſuper litteram, f, & ita in anno ſequenti 1524. qui eſt annus biſextilis littera dominicalis vſque ad S. Mathiam erit c. a ſancto autem Mathia vſque ad vltimum anni erit. b. in anno vero 1525. erit a & ita per ordinem.

Impreſſum Bononię per Alexandrum
Benaccium Anno domini.
.M D LXIIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Dal S. Zamboni principiai
pigliar uso li 14 Giugno
che piglia un fiasco per tutti li
2[illegible] di Giugno et sino
alli 1 di Luglio ne pigliai
due il giorno